ponere/ quia quedam inferiora quedam superiora. Commentator autem hunc textum sic exponit/ quia secundum ipsum simpliciter unius generis. vel est divisum secundum speciem vel secundum numerum. si ergo principia sunt unum secundum genus. aut sunt contraria specie. aut sunt differentia. s. quantitate. et ita differentia in talibus autem erit secundum speciem et secundum formam vel secundum numerum et secundum quantitatem. Deinde cum dicit. Similiter autem qui inquirunt ponentes plura principia non dat differentiam quod quidam ponerent ea mobilia quedam immobilia sicut in primo unum principium distinguit. quia quidam dixerunt principium esse mobile quedam immobile. Videtur autem rudis commentator quod nullus ponens plura principia dixerit ea esse immobilia. Non autem exiit sine pro/ quia omnes ponentes plura principia dixerunt ea esse contraria ut infra patebit. Sed in contraria erunt tamen mutabant se ad invicem et non erant immobilia. post autem in iam tertio dicto. Sed quia non videtur ita esse ad propositum dimittatur. Deinde cum dicit. Similiter autem querunt. dicit quod sicut differebant antiqui in loquendo de principiis sicut differebant in loquendo de entibus dicens quod sic querunt de principiis quod sunt consequentes que sunt. s. de entibus querunt quod sunt. quantum. s. de entibus primo querunt de principiis ex quibus sunt entia utrum sint unum aut plura. et si sunt multa et plura utrum sint finita aut infinita. quare querendo de entibus querunt principia et elementa utrum sit unum aut multa. responsio. s. facit ut differentiam inter quosdam de entibus et principiis. Deinde cum dicit. Ubi queritur non est eadem questio de principiis et de entibus sicut non est eadem questio de causis et de effectibus. omnes. s. effectus sunt huiusmodi rationem entis. videtur. s. ridiculum esse quod si aliquis poneret unum principium quod propter hoc poneret unum solum ens. et si poneret duo tamen esse principia/ quod propter hoc poneret duo tamen esse entia. Ad hoc autem respondet commentator quod antiqui solummodo perceperunt naturale principium et non formale. et hoc principium naturale dixerunt esse ens quia ponebant ipsum esse corpus et esse ad invicem actu. hoc autem potest probari ad quantum/ nam quia principium oportet manere et in ipso manere secundum sententiam sicut aer. ut ad quod corpus esset naturale principium omnium. ipse manet aer et generatio non esset nisi alteratio. et si ipse manet aer. et omnia generabilia ex aere/ omnia essent aer. ut ignis esset aer calefactus et aqua esset aer infrigidatus. et sic ergo dicere aerem esse principium naturale omnium ut ponebant antiqui. et dicere omnia esse aerem. Si igitur bene consideramus ponens antiquorum eadem est questio de principiis et de entibus. ponentes. s. unum principium dicebant omnia esse unum. et ponentes plura dicebant omnia illa esse plura. quare ergo ponebant principium tot esse dicebant entia. Deinde cum dicit. Igitur quidem ergo si unum. exequitur de opinionibus istorum antiquorum in speciali. et dividitur in duas. quia primo exequitur de opinionibus parmenidis et melissi. qui non loquebantur naturaliter. Secundo exequitur de opinionibus aliorum qui quodammodo naturaliter loquebantur ibi. Sicut autem physici dicunt. Circa primum duo facit. quia primo dicit parmenidem et melissum non fuisse locutos naturaliter. et quod non spectat ad naturalem disputare contra eos. Secundo ne eorum error in eorum maneat/ cum non spectet contra eos disputare propria via disputat contra eos inducendo hinc propter philosophiam. Secunda ibi. Et quoniam de natura parmenides et melissus ut sunt dicebant omnia dixerunt esse unum et immobile. Dicit ergo primo quod omnes eos non locutos fuisse naturaliter. quia posuerunt omnia esse unum. Secundo ostendit idem ex eo quod posuerunt id immobile esse. Secunda ibi. Ratio autem scientiarum est duo facit. quia dupliciter probat intentum. Secunda ibi. Sicut ergo intendentes. In prima parte intendit talem rationem. sicut non geometre in ea non videtur disputare contra negantes sua principia. sed parmenides et melissus negabant principia naturalia. ergo naturalis contra eos disputare non debet. In hac autem ratione sic procedit. quia primo ostendit naturalem non debere disputare contra negantes sua principia. Secundo ostendit parmenidem et melissum negare principia naturalia


fa i. r so n. apli. dic g q id quod g si q z. i. si vli. ipm
es sit unu r inid incedit h. no z incede de si. i. no spectat
ad ulem. na sic geo no e apli no s neg pm geo. q
h z alia scie ut dya aut oib ouis ut meth sic n hunt
i. phio inte z dispu de pm. So aut q dr aut alia
scie aut ouis q s om loq s negates pm. v spectat ad
arte dicadi. i. ad dya v meth. dya. n. d scia alia. q
n z ps scia sz mod sci. Vetm cu dr no em apli. o
eos negasse pm nc. negabat n. isti pm nc qz neg bat
oe pm. si n. eet nu soli r s unu sic isti dicebat n
e apli pm i. ulm erit pm. pm n. sp sistupoit pla
e sit eo aut quorda. So aut q hy ponebat oia
ee unu sip r ab. si n. posuisset oia unu aliq m ut
analog unu aut unu gne n optuisst eos negasse v
pm. sz qz ponebat oia sic unu ut deu z. io h porto seq
ba nio apli ee pm. Vn s. as ut dco exclusiua ad
dita uni istor excl v l. ut si dica tm pm z ut nale at
g pm n z r ur q n qz q sr de itleu alia pdcom exclu
n excludit no n. nalz tm ho z g al n z qz al z de i
eiu hois sic n nalz tm pm e g pmt n z qz unu vlm z de
itleu alia. Ampli ostncu soph argui. si tm z pm pm
z. r si pm z pmt z. r si pmtu z n tm pm z. g si tm pm z n
tm pm z. Vo q ad ee de itleu alia p tell dr ut de i
tleu p v so. illa n. sr de itleu p qnt de ee istor iqd i
ntlligu io talia n hnt pe alie ad ea de quor itleu sr
r sic sr oia sriora i srior r qz sol p plym i l eleu
io z q no cu a. io talia s dcom exclu n excludit. n. n.
nalz ho tm n g al. vla aut q hnt alie adiunce r sr. q.
de itleu so io p dcom exclu excludit. r sic soluta z p io.
sa aut oio erat soph. na h pm isrt pmt pm. tm sip
tu e exclone pmtu n inft. dato g q naleat h ouia si
tm z pm pm z tu si pterea assu. si pm z pmtu z deficit
p falla accntis. vaia. n. ibi inc. na p accipiebat cu ex
clone pm ut n inft pmtu. i sa au accips ut isr pmt
accip. n. pm ut exneu z abeo isre pmtu ut stat cu
dcone exclu. So au q si dco exclu addita pm n
excludat pmtu. q tm dicet pm ee n negatz pmtu ee.
So au q q dr tm pm ee q am sdozia poit. qz poit
ee multa ieo q poit ee pm r negat ee multa pp ex
clom. ex q meli appz q dco exclu pm addita exclud
pmt. qz h si n eet nulla eet iposti r nulla odcois iplicat.
dco tm pm ee cu ex h n exclude multi n colle pmt
ee. Vlt aut dato q dns tm vnu ee v pm tm ee. ex
h posz voe ouiti q poit pm ee qz negat pmt ee. Vn
s. as ut s tale psit dit ut r ur q sic qz si ad aliq
arti spectat dispu s tales ud q spectat ad eu q uti pp
pse notis sz h z ur ut dicebat g r e. Vo q iplex
gd sz. qda n. n psr pbac ppoes pse notas n oia q
assumut resolut i h ppoes r h sr scie sbalrne ut
mu r p spm r a si q sut tales. qda n uti ppoib pse
notis r ea q assumut pse nota pbac no dut r h scie
sr spales n sbalrne ut geome r ur r a tales. qda n

ipa pse no pbat ut scie ones. meth n. ut p3 q i. io me
pbat h pm de q afr v negi q nllm z noti quo aut
pbz illd in dubijs sequentibz docet. quntu aut ad pns
spectat dice p t q oms ppoes pse nota roboza p illd
pm de quob z nece ee ul n ee r qz illd pm i ue fi
da ex ipo ente qz nulla scia spal z uli de ipo ente.
nulla sci spal pt pbac oues ai aceptoes. n dispu re
q s nega pm. n suffic g q ur uta ppoib pse no
tis ut psit dispu s negate pm. sz opter q eet ar
tifex ouis ut deu z q ei n pt opete. Vlt s. du
as ut loyc dispu possit s negate pm. Ad h p dui
ci q loy z expba in cede r qz ad pbad pm bn psr ppoes
pba io no z i oens loyca s negate pm dispu. hat
aut rom tagit philo p top d. q ad p coz q sr ee n
naq qz disciplina i pot z aliq dice qz p pm q om
sr n psit p a pbai. p ea g q ee sing pba sit nece
z de eis ptinsire. sz h n ur sufficie qz sic se hnt aly
artifices aduitate ita sehit loyc ad pbabli. sic g
n pba ad ur n p m ita n pba ad pba n p pba
cu g pse no r oues ai oceptoes in h q sr max ne
sr r i max pbables qz eas q h pbat auditus ur q
talia dya pbac n possit. Sco g q max pba s
q h simp pbai no psr posse tn pbai hunc v illi.
r h suffic. na cu talia inse sit max mai n oz q p
bu simp r inse suffic aut eas pbai negati eas.
Vlt s. d. ut meth possit dispu s negate pm r
vr q n. qz sic scia spal n pt dispu negate s ma
pm. qz tuc aget ut ma speim sic scia ouis s ne
gate pm ouia dispu n pt. r qz pmen. r mel. po
tm unu negabat ee v pm. n solu ur ut ur n p
s eos dispu sz e meth qz sic loqtes n solu nega
bat pm nc sz e meths cu vli omi pm negabat.
Ad h aut d pt q vli pm r oues ai oceptoes sip
n pbat psr tn pbai hunc v illi. sz h n ur suffice.
na ut ur phi ma pm pbac n psz p a sora n acci
necaria simp sz necaria ni. io dd q meth pt p
bare h pm hunc v illi q n pe pt phi. nlls z n. q
adeo negz ad q n pona ad ee. r exeo q poit ad ee
pt meth oride r pbac io q negat ee imo qz i no sa
ce intellc fac r oio i negne dco ut d in sine sedi
elenchoz. nlls po ad no ee n applicdat ee ad. p n.
q ab itlleu applicend z es v ee ut ainc aut. r qz q h
applicedit ul ocedit ad ee io meth d z osidae de ee
s tales potit dispu. h au mai app i ppoito. pmed
n. r mel h s pom coz negaret vlr omne pm ad
tu oce. ponebat n. ee vn ee es r imo r qz de ee
r imo ht osidac meth io s tales potat dispu v
g pm meth n pt pbac sip. pt tn pbac h pm h
ur illi ut pmedi r mel. qz d ocedebat q sr de o
sida meth. phi au n potit pb sip pm n potit ea p
b pmed r mel. qz ex ente r imo q ipi oce phi s eos
argue no potat sz meth. tn sedut n. talia tmi tes

naturalis phisice, propter hoc patet veritas ad quesitum. Deinde cum dicit: Simi-
le autem. Adducit secundam rationem ad propositum et duo facit. quia primo facit
quod dictum est, secundo comparat opinionem Parmenidis ad opinionem Melissi ibi
Magis autem Melissi. Dicit ergo quod simile est inconveniens sicut est sicut in-
convenientiam dixerat Parmenides et Melissus et disputare ad positionem quamlibet aliam
id est ad positionem debilem et frivolam. verbi gratia ut disputare contra positionem dicentem
id est solum ignis flammam esse, sicut fuit positio Eracliti qui posuit omnia mo-
bilia et omnia esse in continuo fluxu ita quod non contingeret tenere.
sicut est solvere solutionem rationem dicentem omne quod est esse unum ad unum
nunc hominem. quia solvere rationem litigiosam et sophisticam supra non
spectat ad naturalem. et quia sane utrique rationes tam Parmenidis quam Melissi
habent hoc quod sunt litigiose et sophistice quia falsa recipiunt et non syl-
logizant. ideo de eis tamquam frivolis et debilibus positionibus naturalis solvere est
non debet. Deinde cum dicit: Magis autem Melissi, comparat rationes Parmenidis
et Melissi adinvicem dicens quod ratio Melissi magis est honorosa id est magis
vana ut habet aliqua littera quam ratio Parmenidis et non habet defectum id est non habet difficultatem.
quia sic est frivola quod non facit hominem dubitare. ratio vero Parmenidis habet non
sic ita vana est tamen inconveniens contingens. quia uno inconvenienti da-
to multa alia contingunt. hoc autem non est valde difficile. Deinde autem
quod ne aliquis crederet quod ipse vellet laudare Parmenidem, ideo ad
ostendendum positionem suam esse inconvenientem addit quod ex illo
uno inconvenienti quod posuit Parmenides multa alia contingunt.
Deinde cum dicit: Nobis autem physicam, postquam probavit Parmenidem et Melissum
non fuisse locutos naturaliter quia posuerunt ens unum, hic dicit eos non
fuisse locutos naturaliter quia posuerunt id est immobile et duo facit. primo
dicit hoc intentum. secundo autem ibi Simul autem neque. Dicit ergo quod nobis phisicis
physicam ea que sunt natura aut omnia aut quedam et hoc est mobilia ex indu-
ctione. et quia ista motum accipiunt physici tanquam principium et per se notum
ideo supra contra negantes talia disputare non debet. Deinde quod sa-
mul dicit quod natura non movere omnia aut quedam abstrahendo se a materia et a forma
de quibus dubitatur est ut sit motus. sed non sit dubium quod sint mobiles ut
sint in motu. aliter dixit hoc secundo cum quis dubitat de partibus tunc quia
sunt etiam certum est partes mobiles vel dubitatur de tota terra utrum
moveatur pars. Deinde cum dicit: Simul autem neque, probat hoc principale
quia in hoc sic conveniunt omnes artifices speciales quod non contra eos
solvere oportet. sed solum ea contra solvere que aliquis falso infert et mittit ex principiis.
quecumque vero non sequuntur non infert supposito principium immo mittere oportet ea
solvere artifex specialis ut patet in geometria. quia tetragonismum
quod est per sectiones per decisiones geometrice est dissolvere. quia per sectionem non ne-
gavit geometrie principium. sed illud quod est Antifontis geometre non est dissolvere
quia Antifon principia geometrie negavit. Deinde autem quod quadratum
per sectiones per decisiones multiplices describi. Commentator describit eam sic. quia
per sectionem describit quadratum in circulo ut patet in circulo a. b. c.
et facit apparere decisiones in circulo ad modum lunularum et
in una illarum portionum ut in portione a b applicavit lineam
rectam quam postea extendens dicebat eam equalem esse quarte par-
ti circumferentie circuli et ex talibus quatuor lineis constituens qua-
dratum dicebat ipsum equale circulo propter hoc quod omnia quadrata latera
a quadrato sunt subtenta equaliter circumferentie circuli. sed verum est non
concludebat quia si ex tanta linea ex quanta constat circulus fieret
quadratum non esset tante capacitatis quante circulus. quia ut
dicitur in libro de celo ysoperimetrorum omnium ysoperimetrorum solidorum

maxime capacitatis est sphera et quod dicitur de solidis verum est de omni-
bus figuris quia omnium figurarum circulus est capacissima. sed non inventa quadratura
tamen maior circulo extracta tamen linea quanta est circulus equalis figura
fieri non potest. hoc autem quadratum sic hic tetragonismum. sed sicut
esset ad geometriam pertinens ipsum solvere quia non negat principium
geometrie. postea autem alius describit hunc tetragonismum ponendo c-
irculum e. g. h. in medio loco proportionaliter mittit quadratum intus rec-
tius et postea invenit quadratum quod esset media ratione in respectu
ad illa duo quadrata. quod secundo sequitur quadratum esse equale circulo
in circulo quia habet eandem proportionem ad illa duo quadrata quam habet
circulus. sed hoc investigare et ostendere quomodo tale quadratum fieret per
decisiones non est principii Platonis. Antiphon autem sic quadra-
vit circulum quia descripsit quadratum p. k. r. et protraxit lineas
q. v. et p. i. faciens ysocheles et triangulum equilaterum cuius est su-
basis p. q. similiter divisit basim p v et q v et protraxit lineas
p s et v s et q t et z t. et sic dividebat hanc proportionem
p q per triangulos sic dividebat reliquas circuli proportiones
faciendo in circulo figuram multorum laterum et quia in circulo quanto
describitur figura multorum laterum tanto plus occupat de spatio et
minus distat a circulo cum negaret continuum esse divisibile in infinitum
credidit quod in circulo posset fieri figura tot laterum quod equaret circulo
Ille autem figure multorum laterum faciens equale quadratum
dicebat se circulum quadrasse. ad hoc autem non habet respondere geometer
quia negat id quod supponit geometer tanquam principium videlicet quod continuum

Et quoniam de necessitate. continuum est divisibile in infinitum.
propter quod physicus ostendit quod non oportet vel non est bonum disputare contra Parmenidem
et Melissum per naturam. in parte ista dicit quod bonum est disputare contra eos
per methaphysicam esse quod duo facit. quia primo ait quod bonum se habet disputare
contra eos naturaliter. secundo methaphysice contra eos disputat ibi Principium autem maxime.
Dicit ergo quod quia ipsos scilicet Parmenidem et Melissum contingit dicere de non
naturalibus questiones id est dubitationes. ideo forte bonum se habet ali-
quantulum disputare de ipsis id est de positionibus ipsorum et hoc per methaphysicam
quia hoc habet philosophiam id est spectat ad methaphysicam quam per antonomasiam
philosophia dicitur. Deinde autem Parmenidem et Melissum dixisse de natura non
naturales questiones quia cum loquerentur de rebus naturalibus deficiebant
et inveniebantur in locutionibus. et hoc non naturaliter quia non suppo-
nebant principium naturale. Deinde in quo dicit forte bonum se habet aliquan-
tulum disputare contra ipsos quia hec disputatio aliquid utilitatis
est et bona aliquo modo. nam si consideramus ponentes ipsorum ita fri-
vole erant et vane quod stultum est esse solvere contra eos. sed ne
contingeret error propter dicta eorum bonum se habet disputare contra eos in
physica naturali. Deinde cum dicit: Principium autem maxime, incipit
disputare contra Parmenidem et Melissum. et tria facit. quia primo disputat contra
eos secundo contra sequentes eorum vel sequentes eos. tertio solvit argumenta
eorum. secunda ibi Conturbati. tertia ibi Ex quibus demonstrant. disputare
autem contra eos non potuit dicere nisi ex hiis que ipsi concedebant.
concedebant autem ens et unum cum ponerent omnia unum esse ens.
ideo duo facit. quia primo disputat contra eos per rationem entis. secundo per
rationem unius ibi Amplius quoniam et ipsum. circa primum duo facit. quia primo ponit
quandam divisionem entis. secundo ex premissis arguit contra eos ibi Si
quidem enim erit. Dicit ergo quod principium maxime proprium omnium disputare contra
eos est per divisionem entis quoniam quod est id est ens dicitur multipliciter quia dicitur de-





x. predicamentis. dicentes non unum esse omnia quando hoc dicunt ut di-
cant omnia esse substantiam aut quantitatem aut qualitatem. et iterum si omnia sunt
substantia. utrum unum sit omnia esse substantiam unam. ut unum hominem
aut unum equum. aut unam animam. aut si dicunt omnia esse
qualitatem, queratur ab eis utrum hec qualitas quam dicunt esse
omnia sit una ut album quod est una qualitas et calidum quod est
est una qualitas. et videtur quod hec omnia differunt multum et sunt
impossibilia dicere. ¶ Considerandum autem quod disputare contra parmenidem et melissum
per divisionem entis est maxime proprium. unde maxime modo proprie quia et si
philosophi disputare contra eos per naturas entis et per divisionem unius. quia est
idem unum fundatur super rationem entis. et philosophi horum est videre entis
quod unum. ideo proprie modo disputandum contra eos est per naturam entis.
nam cum privatio semper positione fundetur quod privatio est negatio in subiecto ut dicitur
in methaphisice, ideo unum quod convertitur cum ente. quia consistit in privatione
fundatur in mente. et ideo in potest consistit. ¶ Considerandum quod philosophus est dis-
putare contra eos per naturam entis, quia ut dictum est ipsi concedebant ens
esse. si .n. disputaret contra eos non ex concessis nec ex datis, non proprie
disputaret contra eos ¶ Considerandum quod quia unum multis modis dicitur. ut
unum genere. vel specie. vel numero. ideo cum dixit querendum esse a parmenide
et melisso. utrum ponerent omnia esse substantiam aut qualitatem. addidit
iterum querendum esse, utrum omnia essent una substantia ut homo. aut
una qualitas ut album. quia si dicerent omnia esse substantiam. vel omnia
esse qualitatem. aut quantitatem ponerent omnia unum genere. quod si omnia
dicerent unam substantiam ut hominem. vel unam qualitatem ut album, ponerent
omnia unum specie vel numero ¶ Considerandum quod dixit hoc multum dif-
ferre et esse impossibile dicere. quia quodcumque dicitur impossibile est. non enim possibile
est omnia esse unum non genere non specie non numero. tamen hec impossibilia sunt
multa diversa. quia impossibilius est ponere omnia unum numero quam unum
specie. et unum specie quam unum genere ¶ Considerandum quod entis duplex fuit di-
visio per principia et sic dividitur in x. predicamenta. secundo fuit divisio per intentiones
et sic dividitur per universale et particulare. per primam divisionem cum dixit quod si omnia
dicimus unum. aut dicimus omnia substantiam. aut qualitatem aut quantitatem.
pertinet ad divisionem entis per rem ¶ Secundam vero divisionem cum ad-
didit. et iterum aut omnia dicimus esse unam substantiam ut hominem. aut
unam qualitatem ut album, pertinet ad divisionem entis per universale et parti-
culare intentionem. quia quelibet istarum divisionum fundatur in ente
et per consequens talem divisionem arguere potuit contra eos ¶ Deinde cum
dicit. Siquidem enim erit [illegible]. disputat contra
eos. et duo facit quia ponit quod intendit. secundo declarat propositum
ibi. Si non omnia. dicit ergo quod si omnia erunt substantia et qualitas et quantitas.
et hoc sive dicantur esse resoluta vel separata ab invicem. sive non non-
minus multa sunt quam sunt ¶ Considerandum autem quod hic utitur regula ex sim-
[illegible] divisione. nam si ipsi concedebant ens esse. et ens dicitur per se et
accidens in x. predicamenta. scilicet in substantiam, qualitatem et quantitatem etc. non po-
terunt dicere omnia esse ens nisi ens accipere ex accidente et substantia sive
vel accipere pro aliquo uno ergo nisi sint ens vel sunt substantia, quantitas, qualitas.
et sunt substantia et accidens simul. vel sunt hec resoluta et separata ita quod sunt
accidens tantum, substantia tantum. quorumcumque horum dicatur necesse est multa. =
¶ Dubitaret forte aliquis quia videtur arguere nulle quod dictio exclusiva addita accidenti
non excludit substantiam et non natura tamen accidens est. ergo substantia non est.
Contra si dictio exclusiva addita accidenti excludit substantiam. tunc si poneret
omnia esse accidens ut accidens accipitur absolute et per se, et ut accipitur
cum exclusione non oportet si omnia accidens essent quod omnia multa
essent. hoc oportet vult philosophus immo ut apparet exclusive sequitur.
Si ponimus omnia esse accidens tantum, et ideo ponatur esse multa quia nullum
accidens separatum est a substantia. quia omne accidens substantiam presupponit ¶ Dicendum
quod ut frequenter dicebatur dictio exclusiva addita alicui excludit
omne aliud quod habet alietatem quia solum idem est quod non cum alio. et quia accidens habet
alietatem a substantia cum distinguatur accidentis in qua potest substantia dicatur esse per
additionem oportet ipsius idem quod dictio exclusiva addita accidenti excludat substantiam.
verumtamen aliquando in philosophia accipitur accidens quod substantiam non excludit
infra dicetur. quando ergo dicit tamen accidens esse impossibile, dicit quia li
tamen excludit substantiam esse. quod si tamen li tamen non excluderet substantiam
nulla esset falsitas nisi impossibile, dicendo tamen accidens est. quia per hoc non
poneret accidens esse separatum a substantia. advertendum tamen quod dicens tamen
accidens esse quodammodo contradictoria implicat. nam dicendo accidens esse po-
nit substantiam esse. dicendo vero illud esse tamen negat substantiam esse. ponit ergo
multa et negat multa. et quia sufficit est contra aliquem arguere ex da-
tis concedentes tamen accidens esse quia quodammodo contradictoria implicat. potuit philosophus
dicere quod secundum suam positionem necesse est esse multa et non necesse est esse mul-
ta. hoc autem verum intellexit preter philosophum verum arguere contra parmenidem
et melissum ¶ Ultimo forte dubitaret aliquis quia licet concedentes tamen accidens esse potuit
arguere quia sic dicens quodammodo contradictionem implicat. ideo secundum positionem suam
aliquem necesse est esse multa et non esse multa. Sed si quis diceret tamen substantia
esse quia dum intelligeretur substantia non est accidens nisi [illegible] quod contra sic dicentem per
suum dictum quod secundum suam ypothesim necesse est multa esse et contradictionem inveni-
retur. quia si omnia sunt substantia qualitas, quantitas, et huiusmodi accidentia sunt po-
nenda sive ut quod sunt substantia et accidens, sive ponantur resoluta et sepa-
rata ut quod sunt substantia tamen vel accidens tamen nonminus multa sunt quam
sunt ¶ Dicendum quod multa non valent semper quam valent contra eum
quam arguit. et sufficit arguere ex datis sufficiat hanc rationem
contra eum inquantum loquitur contra parmenidem et melissum. et quia melissus dixit
omnia esse unum ens infinitum. parmenides vero posuit omnia esse unum
ens finitum. quia infinitum et finitum se tenent ex parte quantitatis. ideo
si omnia essent ens unum. si li ens accipitur pro substantia tamen. quia substantia
non est finita nec infinita nisi per quantitatem, ut salvaretur positio parmenidis
et melissi. oportet iam substantiam esse quantam et ita essent multa.
hiis non intellectis solvuntur questiones et rationes que sequuntur faciliter/vel
apparent ¶ Deinde cum dicit. Si non omnia. quia dixerat quod si
omnia dicantur esse unum sive dicantur substantia cum accidente sive alterum
tamen nominis sunt multa hic declarat quod dixerat. et tria facit quia primo
ostendit quod si omnia dicantur esse accidens oportet multa esse. secundo ostendit hoc
idem si ponatur omnia esse substantia. tertio si ponantur omnia esse substantia et accidens
simul. secunda ibi. Melissus autem. tertia ibi. Siquidem substantia est. dicit ergo quod si ponantur
omnia vel si sunt omnia quale vel quantum sive tamen sit substantia sive non
sit inconveniens est quod dicitur quia est impossibile et si est impossibile inconveniens. ideo
[illegible]. Si oportet quod impossibile esse dicere inconveniens vel si habeat
in textu. Sed tunc non erit dictum proprium sed aggregatum et erit sensus
quod hoc dictum est inconveniens non quantumcumque sed est tale inconveniens quod oportet ipsum
dicere impossibile. nam quia nullum aliorum est separabile extra substantiam.
omnia accidentia dicuntur de substantia. presupponit ergo accidens substantiam. si
ergo nomine entis intelligatur accidens et dicatur ens esse quia accidens
est cum accidens presupponit substantiam necesse est multa esse ¶ Deinde
cum dicit. Melissus autem quod est. ostendit quod si nomine entis intelligatur

separabile

substantia necesse est multa esse dicens quod Melissus quod est id est ipsum ens dicebat esse infinitum in quantum quod est id est res est ad quantitatem quia infinitum in quantitate est substantiam id est infinitam aut qualitatem aut passionem non contingit esse nisi per accidens. talia enim non possunt dici finita vel infinita nisi sicut sunt cum eis aliqua quantitas. nam non infinitum contingit quantitatem et non substantiam non quantum. si ergo substantia est infinita oportet sicut cum ea esse quantitatem quod mediante infinita sit copulatur. ergo sic non quod Melissus nomine entis intelligebat substantiam cum poneret ipsum ens infinitum quia infinitas est per quantitatem oportebat ipsum ponere multa scilicet substantiam et quantitatem.

¶ Consequenter autem quod hoc argumentum licet quod dicitur de Melisso intelligitur est et de Parmenide. Melissus enim ens quod ponit dixit esse infinitum, Parmenides autem finitum et quia tam infinitas quam finitas est per quantitatem licet ens quod ponitur esse infinitum secundum Melissum et finitum secundum Parmenidem non potest poni sola substantia sed erit substantia cum quantitate propter quod necesse est multa esse. ¶ Consequenter etiam quod sicut et infinitum pluribus accipi dicitur secundum perfectionem et secundum extensionem. si accipiatur secundum perfectionem sic reperitur in aliis generibus a quantitate est enim quaedam substantia infinita secundum perfectionem ut in qua omnia secundum se non competit aliquis actus nec aliqua perfectio. quaedam enim perfectio est substantia infinita ut forma. sed si sumatur finitum et infinitum secundum extensionem ut sumunt hic sic per se solum se tenet ex parte quantitatis. ¶ Consequenter etiam quod quaedam diffinitiones sunt dicentes quid rei. quaedam non dicentes quid nominis, ut dicitur Posteriorum. cum ergo dicitur quod infinitum id est diffinitio infiniti cogitur quantitatem non est intelligitur de ratione quid rei. quia illa non solum entium actu. infinitum autem extensione actu, ut intelligebat Melissus esse non potest. intelligitur est ergo de ratione dicente quid nominis. nam hoc tale infinitum esse non possit. propter tamen apprehendere quid est quod dicitur per hoc nomen infinitum, et illa ratione dicente quid nominis cadit quantitas, infinitum enim secundum extensionem nominat quantitatem non habentem terminum. ¶ Deinde cum dicit Si quidem igitur substantia. Ostendo quod oportet multa esse si nomine entis intelligatur accidens vel substantia. hoc ostenditur quod oportet multa esse. si nomine entis intelligatur utrumque dicit quod si quod est id est ens est substantia et quantitas id est si nomine entis importetur substantia et quantitas. sic oportet multa esse duo enim erunt et non unum. addit autem ad confirmationem sententiae rationem. si hoc ens est substantia solum non erit infinitum nec habebit ullam magnitudinem. si enim habet esse habebit aliquam magnitudinem nulla magnitudo sit finita, sive infinita quantitatem quaedam erit. nunc

Amplius quoniam et ipsum etc. ¶ Igitur erit sola substantia.

Disputat contra Parmenidem et Melissum per rationem entis. hic disputatur contra eos per rationem unius et duo facit quia primo praemittit quandam divisionem de uno. secundo ostendit quod secundum nullum horum modorum dici potest omnia esse unum. ibi Si quidem igitur continuum. continuae ergo sicut consequenter solum arguit Philosophus contra Parmenidem et Melissum per rationem entis ostendendo quod est multiplex dicitur. sed [illegible] vult hoc disputat Philosophus contra eos per rationem unius. ostendendo quod unum multipliciter dicitur quadam ratione et quod est id est ens. et quia unum dicitur multipliciter sicut ens intendendo est quando dicunt omnia esse unum. aut quia sunt unum continuum aut unum indivisibile. aut quia sunt ea quorum ratio est una et eadem quae ratio est quod quid erat esse id est exprimens essentiam et quiditatem quemadmodum nappa et mantum, sive tunica et indumentum quae non differunt nisi in solo nomine cum habent eandem rationem quiditatis. ¶ Consequenter autem quod cum plures sint modi unius quam hii tres quos nominat forte hos solos tetigit. quia antiqui hiis solis erant magis familiares vel forte hoc ideo fecit. quia ad hos tres modos alii aliquo modo reduci possunt vel possunt dicere Parmenidem et Melissum locutos fuisse de uno simpliciter. et quia magis vera ratio unitatis salvatur in hiis modis quam in aliis. ideo forte hos solos tres modos nominavit. ¶ Deinde cum dicit Si quidem est unum continuum. exequitur de membris divisionis et tria facit, quia primo dicit non posse dici omnia unum quia sunt quasi continuum. secundo ostendit non posse dici unum quia sunt quasi indivisibile. tertio ostendit non posse hoc dici unum eo quod omnium sit ratio una. ibi At vero si est indivisibile. tertio ibi At vero si ratione unum. Circa primum duo facit. quia primo facit quod dictum est. secundo movet quandam quaestionem annexam ibi Habet autem dubitationem. dicit ergo quod si omnia sunt quasi continuum multa sunt quod est id est ens continuum enim est divisibile in infinitum quia in hoc illarum [illegible] entis. ¶ Consequenter autem quod quia dicti philosophi posuerunt esse tantum unum ens immobile. ideo oportebat tale ens esse ita unum quod non possit esse multa, quia si posset esse multa et sic posset dividi. posset ei competere motus. ideo non poterant ponere ipsum ens continuum quia de ratione continui est quod possit dividi in infinitum. ¶ Unde forte aliquis quod non videtur esse verum quod si est continuum ergo est divisibile. caelum enim est continuum et dividi non potest. quia non est susceptivum peregrinae impressionis. ¶ Dicendum quod dicitur potest quod continuum unum continuum secundum unum esse dicitur. hoc si dividi non potest hoc accidit continuo ratione materiae in qua consistit sicut est exemplum de caelo quod unum continuum est non habet quod sit indivisibile. sed si ei competat indivisibilitas hoc est ratione materiae in qua talis continuitas fundatur. sed hoc non valet, quia forte sufficeret Parmenidi et Melisso hoc continuum non posse esse actu divisum ut non cogerentur multa ponere. Ideo dicendum quod si dicti philosophi suam positionem salvare voluissent oportebat eos dicere ens tale quod ponebant immobile esse sic unum quod non posset dividi nec secundum esse nec secundum unitatem. caelum autem licet non possit dividi secundum esse, ita quod una pars habeat divisa ab alia secundum tamen secundum rationem in quantum signantur diversas partes citra ad et ad ultra. si ergo ponebant hoc esse immobile oportebat quod non posset esse multa secundum unitatem. et quia quodlibet continuum est sic multa non potuerunt ponere tale ens esse unum continuum. vel possumus dicere quod si tamen unum esset et tale esset continuum de necessitate esset divisibile. et si dicatur non oportet quia in continuum possit esse coniunctum naturae cui repugnat divisio propter quod hoc posito potuit esse multa. videlicet continuum cui non repugnat divisio et natura inquantum recipit continuitatem cui divisio repugnat. si ergo tantum unum est et in est continuum divisibile erit. ¶ Deinde cum dicit Habet autem dubitationem. movet quandam dubitationem quae sumit originem ex praedictis. dixerat enim quod quae ponit continuum ponit multa. et quia continuum dicitur per comparationem ad partes. vel ergo continuum ponens ponit multa quia ponit partem et totum. vel ideo ponit multa quia ponit divisas partes. et licet non habeat dictum divisas partes esse multa habet tamen dubium utrum totum et pars possint dici multa. quod dubium non solum ratione propositi. sed est per se ipsum est utile scire. ideo duo facit. quia primo assignat utilitatem istius dubii. secundo manifestat utilitatem huius quaestionis ibi Sed si totum unum unum quod. dicit ergo quod habet dubitationem de parte et toto. quae dubitatio fortassis non solum ad hanc rationem id est non solum ratione propositi est utile scire. sed est ad ipsam secundum se ipsam est utile scire utrum pars et totum sit unum aut plura. et si sunt unum aut plura quomodo sunt unum et quomodo sunt plura. et hoc quod non solum potest quaeri de continuis sed etiam de partibus continuis. quia dubium est utrum quilibet lapis sit alius a suo toto ut ab altero lapide, vel utrum continuitas partis sit quo [illegible] et in non continuis id est [illegible] de utroque enim toto dubium potest esse utrum possit unum cum sua parte. ¶ Deinde

cum dicit: Et si toti unum. maxime in unitate que dicitur quod totum est idem a sua parte quod sic declarat. quia si quelibet super pars est unum toti et non differt ab eo ut[illegible] i. ipsum totum quod complet vel continet ... complet utramque partem est sic indivisibile quando que sunt eadem eidem super sunt eadem inter se. si ergo partes sunt eedem toti sunt eedem inter se sed si partes sunt unum et idem totum non habebit multas partes erit ergo totum quoddam indivisibile quod est contra eius ens. [Dicit] autem quod sic arguitur quod partes non sunt eedem toti quia essent eedem inter se. sic commentator arguit quod non sunt alie a toto quia tunc totum esset aliud a se. si enim quelibet pars esset alia a toto, omnes partes essent alie ab ipso. cum ergo totum non dicat aliud quam eius omnes partes. si omnes partes sunt aliud a toto totum est aliud a se. [Ad] hoc autem venit commentator quod est in illa compositionis et divisionis. nam ut ait commentator quelibet pars per se est alia a toto. sed omnes partes simul sumpte alie a toto dici non possunt. [Dicit] autem quod licet totum sit aliud a qualibet parte per se quia ad hoc totum quod non pertinet ad partem et quelibet pars differt a suo toto. magis tamen videtur differre totum a parte quam econverso. aliquid enim habet totum quod non includitur in parte. vel tamen realiter habet pars quod non continetur in toto. totum enim habet aliquid positive quod non habet pars. et pars privatur aliquo quo non privatur totum. et quia privatio fundatur in positione dicitur partes ad totum quodammodo sunt origine ex differentia toti ad partem que dicitur illa est quodammodo maior. [Deinde] cum dicit: At non si est. omnia non posse unum indivisibile dicit quod si dicantur sunt unum indivisibile nihil erit quantum et per consequens neque quale. quia quale fundatur in quanto sive hoc posito quod est et ens non erit infinitum sicut dixit melissus neque finitum sicut dixit parmenides. ipse enim tunc est punctus indivisibilis non est ipse finitus neque super infinitus quia non est quantus.

[Dicit] autem quia antiqui non ... cum loquebantur de indivisibili loquebantur de indivisibili puncti ideo philosophus arguit contra eos arguit de indivisibili puncti non de indivisibili substantiarum separatarum. quoniam ... ad ... non pertinet ad [illegible].

[Deinde] cum dicit: At vero si ratione. dicit omnia non possunt esse unum indivisibile rationis dicit quod si omnia essent unum ratione sicut tunica et indumentum quorum una est ratio contingit ipsos sic dicentes dicere sermonem eracliti qui dicebat contraria simul verificari posse. nam si omnia habent rationem unam idem erit esse i. eadem erit diffinitio bono et malo et quia malum potest dici non bonum si idem est esse bono et malo idem erit esse bono et non bono. quare idem est non bonum et bonum. quia quorum ratio est eadem et ipsa sunt eadem et si contraria sunt eadem multomagis disparata erunt eadem. quare idem est homo et equus et non solum de eo ... idem quod unum sunt et quod sunt ratio est una super omnium entium. sed non de eo quod modo est super unum est dicere quod eadem ratio habent cum ente quia si contraria habent eandem rationem modo et aliquid eadem habebunt. et videtur quod non est idem esse tale et tantum. si quale et quantum. hoc enim non tamen distat quantum nec ad.

[Dicit] autem quod omnia que sunt divisa vel sunt opposita vel disparata opposita autem ... habent quia quedam sunt contraria quedam contradictoria et quedam privatione. disparata enim non sunt ipse opposita. disparata enim possunt dici differre per ... genere. dicit enim solum ... non possunt dici ipse disparata quia inter talia ... quod hic non est conveniens ordo. unde

ergo philosophus quod si omnia dicuntur esse unum ratione secundum omnium oppositorum et omnium disparatorum una erit ratio et omnia talia erunt eadem. idem enim erit bonum et malum quantum ad contraria. et bonum et non bonum quantum ad contradictoria. et ens et non ens quantum ad privata. privatio enim quamvis de se est non ens, et idem erit homo et non equus quantum ad disparata dicit ipse. et idem erit tale et tantum sive quale et quantum quantum ad disparata diversorum generum. [Cura]vit sibi illa pars: Turbati sunt autem. In qua philosophus disputat contra parmenidem et melissum. disputat contra eorum sequentes et hoc facit quia postquam improbavit eorum positionem. sic arguit contra eos. contra improbavit eorum defensionem. [ibi] Sed multa sunt. contra ... hii autem iam deficiebant. dicit ergo quod posteriores sunt posteriores i. sequentes parmenidem et melissum. ne forte contra eos sufficere idem esse unum et multa. ... cum nollet negare omnino multitudinem et sustinere omnia esse unum simpliciter non valentes hoc ... facere ... quemadmodum antiqui i. sic precedentes ipsos ... non valentes talem positionem sustinere. hii ergo posteriores ut talem positionem salvarent diversas vias adinvenerunt. ideo videtur quod aliqui quidem est i. hoc verbum est auferebant quemadmodum licophron qui non concedebat hoc est album sed homo albus. alii non dicebant permutabant verbum non concedebant homo albus est sed albatur. neque est ambulans sed ambulat ut non adicientes est i. hoc verbum est, faciant i. cogantur facere multa esse unum tamquam signaverint dicto uno aut esse. [Dicit] autem hos adeo fuisse inscios quod nullo modo concedebant multum dici eius et unum. cum ergo concedebant omnia esse unum. videbatur eis concedere oppositum in addito si accessisset eis aliquid multa esse. [Deinde] cum dicit: Sed multa sunt. arguit contra eos quod cogunt eos aliquid multa concedere multitudinem. ideo videtur quod multa sunt ... et hoc aut ratione sicut album et musicum quia aliud est esse diffinitionem albo et musico sed utrumque idem sunt subiecto. multa itaque sunt et non unum tantum aut non solum sunt multa ratione sed in divisione quemadmodum totum et partes. [Dicit] autem quod cum hii crederent unum simpliciter dici et ponerent omnia unum esse quoquo modo probat esse multa redarguit eorum positionem. sunt ergo ... multa ratione sicut duo accidentia in eodem subiecto sunt multa divisione sicut plures partes eiusdem continui ... redarguit eorum dictum. [Deinde] cum dicit: Hii autem iam deficiebant. assignat eorum defectum dicit quod hii iam deficiebant i. iste erat defectus eorum quia credebant unum dici simpliciter. ideo non distinguebant inter modos unius. sed confitebantur simpliciter non esse ens unum esse multa tamquam non contraria sed esset impossibile unum esse multa. evidens autem est eos defecisse quia unum et multa sic possunt accipi quod non sunt opposita. sed competunt uni et eidem est enim unum potentia et est endelichia i. actu. potest ergo esse quod idem sit unum et multa. sed erit unum actu multa potentia. non ergo unum et multa accipiuntur uno modo ut credebant. [Dicit] autem commentator licet ... exponere. nam quod idem sit unum et multa quantum ad presens dicitur potest ... per hoc quod duo accidentia sunt idem in subiecto et multa in ratione. sic ponit idem commentator est unum actu et multa potentia. ad cuius autem primum modum removebantur et ... concedebant. ... enim sufficienter evadere. si non concedebant homo est albus sed homo albus et homo albatur ut non cogerentur concedere accidens et subiectum ... vel duo accidentia in subiecto esse multa. Sed ad difficultatem

istam de parte et toto, quia videbatur totum quodammodo esse multa cum essent multe partes. Ideo dicendo deficiebat et nesciebant vincere. Contrariebatur multa unum esse. Credebant enim non contrarie et esse in eodem idem esse unum et multa. Sed nescientes evadere difficultatem concedebant conclusionem. Sed ut habitum est, hec non opponuntur; totum enim aliquid est unum actu, multa potentia. ¶ Ultimo quia consequenter secundo concludit quod hec non faciebant et hec in arguendo ut nos arguimus impossibile unum quod est unum et esse unum, contra enim ea esse multa ut ostendimus.

Et ex quibus deviant etc. Postquam philosophus disputavit contra Parmenidem et Melissum, hic solvit argumenta eorum et dicit quod primo dat modum quo possunt solvi dicta argumenta. Secundo solvit ea secundum modum illum, ibi: Quare quidem etc. Dicit ergo quod non est difficile solvere argumenta ex quibus deviant Parmenides et Melissus, utrique enim et Parmenides et Melissus sophistice sillogizant. Peccant enim contra eos in materia et forma. In materia namque quia falsa recipiunt, in forma vero quia non sillogizant. Et addit quod ratio Melissi magis est honerosa, id est magis vana, et non habens defectum et non habens dubitationem. Sua enim sophistica est adeo manifesta quod cuilibet patet et nullus ibi dubitat. Et addit quod uno inconvenienti assignato alia contingunt. Et hoc vidit non esse grave, quasi dicat, quia cum ex uno inconvenienti sequantur multa, nullum dubium est valde multa inconvenientia sequi ex positionibus illorum, qui non solum unum sed et multa inconvenientia posuerunt. ¶ Deinde cum dicit Quod quidem igitur paralogizat, exequitur de dictis solutionibus. Dando autem has solutiones sic facit: quia primo redarguit Melissum, secundo Parmenidem, secundo redarguit utrumque, ibi: Et ad Parmenidem. Tertio ibi: Neque igitur magnitudinem esse. Primo duo facit, quia primo ostendit quod rationes peccabant Melissi in forma, secundo quod peccabant in materia, ibi: Preterea hoc ipsum. Circa primum duo facit: primo quod dupliciter ostendit tales rationes peccasse in forma. Primo enim ostendit eas peccasse per fallaciam consequentis, secundo per fallaciam equivocationis, ibi: Postea et in omnes. ¶ Dicendo autem rationem Melissi fuisse talem: quod factum est habet principium, ergo quod non est factum non habet principium. Sed ens non est factum, ergo non habet principium. Sed si non habet principium non habet finem, quia caret principio et fine est infinitum; ergo ens est infinitum. Quod est infinitum est immobile, quia totum occupat et non habet quo vadit. Est et unum, quia cum totum occupet non compatitur secum aliud. Ergo ens est tantum unum immobile et infinitum. Ens autem non esse factum, quod in predicta ratione fuit suppositum, sic probabat: quia si ens fit, vel fit ex ente vel ex non ente. Ex ente non, quia tunc ens esset antequam fieret; ex non ente non, quia hoc perhibent omnes philosophantes, ex non ente ad [illegible]. Propter hanc rationem quantum ad primam consequentiam peccasse per fallaciam consequentis, ideo ait quod manifestum est quod Melissus paralogizat. Oportet enim accipere si omne quod est factum habet principium, quod omne quod non est factum non habet principium. Est enim in hoc consequentia fallacia consequentis, quia arguitur a destructione antecedentis cum debet argui a destructione consequentis. ¶ Dicendo autem quod cum negatio additur termino magis communi, tanto reddit ipsum magis convenientem; non homo enim communius est quam non animal. Et quia in ordinatis secundum maius et minus sequitur ab homine ad animal, non homo est communius ad non animal. Negatio enim facit de antecedente consequens et econverso. Et ideo propter negationem contra sic arguitur in contrario, ut sicut animal sequitur ad hominem, non homo sequitur ad non animal. Iste igitur quod arguit est a destructione consequentis non antecedentis. ¶ Dicendum forte aliquis quia hec simpliciter

non possumus arguere de destructione antecedentis in materia, tamen in convertibilibus possumus, quia in talibus materiis unumquodque est antecedens et consequens. Ita hec convertuntur: si est factum habet principium a quo fit, et econverso si habet principium a quo fit ergo est factum. In materia ergo repetit Melissus, quia et philosophus ipse in rationibus facit argumenta que non valent secundum se et gratia forme, valent autem ratione materie in qua loquuntur. ¶ Vel dicendum quod si Melissus accepisset principium pro principio temporis vel principio formationis, totaliter vero videtur deesse ei esse. Sed accepit principium pro principio magnitudinis, propter quod credebat esse ens infinitum et totum occupare. Sic autem accipiendo principium non est in mundo conclusio. Videtur enim quod quicquid est factum habet principium magnitudinis. Sed per fallaciam philosophus non valet, ergo quod ad non est factum et tamen habet principium magnitudinis. Esse enim secundum [?] non est factum et tamen non est infinitum magnitudine. Videtur autem celum sit non factum et videtur mundus esse eternus, et quod concludit auctor philosophus hoc probatum in [?] patebit. Ad presens autem sufficiat scire argumenta Melissi esse sophistica.

¶ Deinde cum dicit Postea et hoc, ostendit predictam rationem peccare per fallaciam equivocationis. Habebat enim dicta ratio plures consequentias, quarum prima deficiebat per consequens, secunda vero equivocationis. Nam cum diceret quod non est factum non habet principium, verum est de principio temporis vel generationis, quia quod non fit non incepit. Cum vero postea subdit quod non habet principium non habet finem, ergo est infinitum et totum occupat, accipitur ibi principium pro principio magnitudinis, quia infinitum secundum magnitudinem est id quod totum occupat. Hanc autem equivocationem volens innuere philosophus ait quod inconveniens est omnino rei esse principium super magnitudinis et non temporis et generationis, id est inconveniens est cum loquitur de principio rei loqui de principio magnitudinis et non de principio temporis vel generationis. Generationis dico non simplicis sed alterationis, tamquam non momentanee facte mutationis. ¶ Dicendo autem inconveniens esse loqui de principio magnitudinis et non de principio temporis, quia ut dictum est cum dicitur quod non est factum non habet principium, si vera est propositio accipitur principium pro principio temporis. Cum vero subditur quod non habet principium non habet finem sed est infinitum, accipitur principium pro principio magnitudinis. Sic ergo equivocat in principio. Inconveniens est ergo accipere principium temporis pro principio magnitudinis, quia inconveniens est equivocare. ¶ Dicendo autem quod dicit Generationis non simplicis, quia generatio dicitur potest similiter uno modo ut includit motum precedentem, scilicet alterationem, et sic mensuratur tempore. Secundo modo sumitur generatio simpliciter et sic nominat momentaneam mutationem et sic mensuratur instanti, et non est ibi assignare ordinem temporis. Cum ergo dicitur quod factum est habet principium temporis et generationis, debet ibi accipi generatio ut includit alterationem, non ut accipitur simpliciter et est momentanea mutatio, quia sic non est ibi assignare ordinem temporis sed ordinem rationis. Sic enim accepta generatione non est ibi assignare principium et finem cum sit quid indivisibile.

¶ Deinde cum dicit Postea hoc ipsum, ostendit rationes Melissi peccasse in materia et accepisse falsa. Et tria facit secundum quod tria hic ostendit. Secundo ibi: Preterea alterationem. Tertio ibi: At vero nec specie. Dicit ergo quod si est unum ens super totum occupans, propter hoc quod est immobile, quasi dicat: hoc totum occupat, ergo est immobile, non valet, sed est falsum. Dicendum si aqua totum aliquod vas occuparet, posset in una parte condensari et in alia parte rarefieri, propter quod partes aque in ipsa moverentur a qua; et sic cum hec aqua super totum occupans una pars moveretur in ipsa, id est in ipso toto, quod et non omnis aqua. Sicut enim aliqua pars moveretur et tota aqua diceretur moveri per motum suarum partium. ¶ Dicendo autem quod hec motus mutationis apparet in aere. Sed enim aer totam suam speciem occupat

flate noto ptes aeris mouent̄. absq3 eo q aer ex
eat suā sp̄erā condensat̄ .n. aer ī una pte ⁊ rarefit in
temporis sit tempus oportet quod pars caelestis sit quoddam tempus. sed pars circulationis non est caelo est .n. pars quae accipitur de circulatione pars circulationis si non est caelo. cum igitur dicitur quod pars temporis sit tempus quia pars caelestis non est caelo oportet quod non idem sit tempus et caelo. Deinde cum dicit amplius autem. ponit secundam rationem dicens quod si tempus esset idem quod caelo vel quod motus caelestis tunc si plures essent caeli motus cuiuslibet ipsorum esset similiter tempus quia essent multa tempora simul quod est inconveniens. Secundo autem quod licet pars caelestis non sit caelo pars tamen motus est motus. dicentes igitur tempus esse caelorum vel accipiebant caelorum ipse propriam revolutionem completam et tunc haec positio probatur per rationem primam quia pars temporis est tempus pars caelestis non est caelo. vel sicut dicentes accipiebant caelorum large pro motu caelesti quocumque modo sumpto et tunc est contra eos ratio secunda quia ad pluralitatem motuum caelestium sequeretur pluralitas eorum quod est inconveniens. Deinde cum dicit totius autem sphaera. exequitur de opinione secunda dicens quod aliquibus dicentibus quod quaedam tamen recta voce loquentibus sphaera totius .i. caelestis universa est esse tempus quia in tempore sunt omnia et in sphaera totius sunt omnia. ideo arguebat tempus esse sphaeram totius sive esse sphaeram caelestem. Videtur autem quod haec positio quae dicit esse stultum nec est magis stultum quam quod est destruere in positione considerare. Secundo autem quod haec vero tempus continet omnia sphaera caelestis continens omnia igitur tempus est caelestis sphaera est valde fatua et valde destruuntur. deficitur. probat fatuam continentis quia arguit ex affirmativis in secunda figura deficit secundum prima fatuam aequivocationis quia et sphaera continet omnia et tempus. sphaera .n. continet omnia sicut locus locat tempus non sicut mensura mensurata. adeo igitur est stulta haec positio quod fatuum est inquirere impossibilia contra ipsam.

Quoniam autem videtur maxime motus et mutatio quaedam esse tempus. postquam philosophus declaravit de tempore dubitationes in parte ista declarat de eo veritatem declarando. et est quod dicitur quia primo declarat de tempore. secundo movet quasdam quaestiones. et est in duas divisiones autem consequentes est ipsum propter tertiam quia primo ait quid sit. secundo solvit dubitationes prius factas. tertio ex hiis quae dixerat assignat rationem eorum quae dicunt de tempore. secunda ibi. et sicut motus est vel. tertia ibi in numeratione. et est primus duo quia primo praemittit quaedam praeambula necessaria ad diffinitionem temporis. secundo ex hiis quae dixerat investigat diffinitionem eius ibi quoniam autem quod motus. et est prima tres quia secundum quod tertio declarat esse tempus quia primo ostendit quod tempus non est motus. secundo probat quod non est sine motu. tertio ex hiis quae dixerat ostendit quod tempus est aliquid ipsius motus. secunda ibi at non neque. tertia ibi accidit vel autem. primo in dicit secundum quod duae rationes adducit ad probandum quod tempus non sit motus. secunda ibi amplius autem. dicit igitur quod quoniam tempus maxime videtur esse motus et mutatio quaedam. ideo haec positio ut videtur sit sit. sed quod non sit motus probatur quia quod est mutatio et motus unius cuiusque est solum in ipso mutato sive in ipso mutato vel in ipso mutante ut habet alia littera propter alterationem et augmentum .i. propter motum ad formam quae motus est in mutatio est vel .i. est in illo loco ubi est ipsum quod movetur. motus igitur non est unum et idem et ubique sed tempus est similiter et ubique et apud omnia. igitur tempus

non est motus. ¶ Secundo dicit quod omnis motus vel est ad formam vel est ad ubi. motus autem ad formam vel est in ipso moto. Sed motus ad ubi quodammodo non est in ipso loco in quo est quod movetur. Ideo philosophus ait quod motus est in ipso mutato quantum ad alterationem et augmentum vel est in ipso ubi sive in ipso loco in quo est quod movetur quantum ad motum localem. ¶ Secundo quod cum fecit mentionem de motu ad formam non nominavit nisi alterationem et augmentum quia motus ad formam completam non est nisi in qualitate et quantitate formae enim substantiales sibi invicem succedunt in instanti et substantia cum tempore non est motus sed mutatio. Dicit quod differt motus a tempore probat quia tempus est semper et ubique et apud omnia. ¶ Notandum quod motus unius motus est non nisi respiciens nisi id in quo est ut mobile vel locum. Sed tempus dicitur quia hoc est quaedam mensura omnium temporalium et habet respectum non solum ad motum prout in quo est tamquam in subiecto. Sed etiam habet habitudinem ad omnia alia quae respicit tamquam mensurata. Rursus motus non solum uno modo est apud omnia mobilia quia non est unus motus in omnibus mobilibus. Sed tempus est quodammodo similiter et uno modo apud omnia temporalia quia est unum tempus omnium eorum. Ergo intentio philosophi est distinguere motum a tempore prout formaliter accipiuntur quia motus sic sumptus respicit solum id in quo est et non est unus motus semper et ubique in omnibus mobilibus. Sed tempus est quodammodo similiter et apud omnia temporalia uno modo. Tempus autem non solum respicit motum prout in quo est tamquam in subiecto. Sed etiam secundum quod habet quandam habitudinem ad omnia temporalia et unum similiter et non diversificatum apud omnia talia. ¶ Deinde cum dicit amplius quia mutatio adducit secundam rationem dicens quod omnis mutatio est velocior aut tardior, tempus autem non est velocius aut tardius. ergo non est id quod motus vel mutatio. quod autem velocius et tardius non possit dici de tempore sicut dicitur de motu patet quia tardum et velox tempore declarantur. velox quidem est quod in pauco tempore movetur multum. tardum autem quod in pauco movetur paucum. tempus autem non declaratur tempore neque quo est ad quantum ad proprietates suas neque quo est ad quale et quod ita est manifestum quidem. ergo quod tempus non sit motus. Sciendum autem quod non differt nobis dicere in presenti scilicet quantum ad propositum motum aut mutationem. ¶ Secundo autem quod quoniam necessarium fit deducere ad redire super se ipsum si a probat b et b probat a. sed quod a probat seipsum. Si ergo velox et tardum dicuntur et declarantur per tempus et rursum tempus declaratur per velox et tardum esset circulus. Declaratur ergo tempus per se ipsum quod est inconveniens. Non ergo tempus declaratur per velox et tardum et per consequens non est motus cum aperte motum declarari per velocitatem et tarditatem. ¶ Secundo sciendum quod mutatio si accipiatur proprie non est velox neque tarda cum fiat in instanti quare ergo dicat philosophus quod omnis mutatio est velocior aut tardior. Ideo propterea sciendum quod non dicunt in presenti accipere mutationem et motum et motum et mutationem sicut debet esse velox et tarda oportet quod non accipiatur ut est terminus motus et ut differt a motu et ut mensura instanti. Sed ut oportet eam accipere ut includit et ut mensuratur tempore. ¶ Deinde cum dicit. at non neque sine motu. ostendit quod tempus non est sine motu dicens at non neque sine motu est. scilicet tempus. nam cum nos ipsi non mutamur secundum intellectum aut latet nos esse transmutantes non videtur nobis fieri tempus sicut neque quae fabulantur. id est quae fabulose dicuntur dormire in Sardo id est in statuis apud heroes id est apud deos per multos annos cum expergiscuntur. id est cum sunt excitati a somno copulant prius nunc in quo inceperunt dormire priori nunc in quo excitati fuerunt removentes medium nunc et medium tempus propter insensibilitatem. nam quia illi dormientes non senserunt senserunt motum non senserunt tempus neque propter hoc senserunt medium intervallum quod fuit inter primum nunc in quo inceperunt dormire et posterius nunc in quo fuerunt excitati tamquam ergo si non esset medium nisi esset alterum et ad nunc sed esset idem et unum non erat id est non esset tempus. Sicut ergo quod latet alterum esse nunc non videtur esse medium tempus sicut enim est de sic est deinde quando dicitur est ergo id nunc invariatum non fluens tamen dicitur non esse tempus. Ergo si non videatur nobis quod ipsum nunc fluat et varietur et quod dum non percipimus non videtur nobis fieri tempus non ergo sic esse quia tunc accidit nobis non opinari esse tempus cum non distinguimus id est cum discernimus nec iudicamus neque unam mutationem sed videtur animus manere in uno et eodem indivisibili nunc. cum autem sentimus et declaramus hanc mutationem esse dicimus fieri tempus. quia ergo sic est manifestum quod tempus non est sine motu neque sine mutatione. ostendit quod ex predicto quod manifestum est quod tempus neque est motus neque sine motu. ¶ Secundo dicit quod motus est prior quam tempus. sicut subiectum est prius passione. Unde est ergo quod motus potest in diffinitione temporis non autem tempus in diffinitione motus quia prior sit de ratione posterioris non autem econverso. quia ergo motus cadit in diffinitione temporis et quia tempus est annexum motui quia non percipitur tempus propter quod dormientes propter insensibilitatem et existentes in delectatione magna quia sunt nimis attenti ad id quod existunt quia non sentiunt motum non sentiunt tempus. cum enim quis fortiter dormit et si dormiat multum videtur eis dormisse parum et quando in... et si multo tempore in delectatione existit videtur ei modicum tempore transisse. econtrario autem est cum quis est in afflictione et in anxietate cordis non quia semper cogitat in quo et semper cogitat ideo tales magis percipiunt tempus et videtur eis modicum tempus esse multum. omnia autem indicant tempus non esse sine motu. ¶ Secundo autem quod Sardo ut dicitur est quaedam civitas Asie in qua semper fabulantur quod quidam dicuntur dormivisse per quingentos annos. et quia tanto tempore dicebantur dormivisse existimabant fuit animas eorum non esse in suis corporibus. Sed esse apud heroes id est apud deos et quia dicti dormientes nimis delectabantur de consortio deorum non percipientes transmutationem et motum non perceperunt tempus / immo

cum sint expergefacti visum est quod sint eis non appo-
suisse tempus in dormiendo sed in instanti surrexisse.
hoc enim fabulose sed sint dicta. tamen si illa evenit
ibi contigissent quia sicut dormientes copulantes prius in-
stans cum posteriori et non sentientes transmutationem propter insen-
sibilitatem ipsius motus auferebant tempus medium et in-
stantia media et quia non credebant se dormivisse
per tempus quod iterum arguit non esse sine transmutatione et motu.
¶ Utrum tamen ad hoc ut tempus sit idem quod motus et utrum hec
sit bona predicatio tempus est motus. videtur quod sic. nam secundum com-
mentatorem tolle animam tolle animal non remanent nisi mo-
tus et res mote. tempus ergo non videtur differre a motu nisi
secundum quandam intentionem anime. sed que sic differunt ut videtur
de se invicem predicantur. videtur enim quod homo addit sibi
aliquam intentionem quandam non tamen propter hoc intentio-
ne addita impeditur predicatio. verbi gratia homo est ani-
mal ergo videtur dicendum quod tempus est motus non obstante quod tempus
addit intentionem quandam supra motum. In contrarium autem
est philosophus qui negat hanc propositionem tempus esse motum. ¶ Dicendum
quod ut accipitur communiter tempus et motus sunt idem materialiter formali-
ter differunt. sicut enim actio et passio materialiter sunt idem formali-
ter differunt sic motus et tempus materialiter sunt idem sed formaliter differunt
ipsa enim prius et posterius sunt in motu ut declarabitur in
sequenti lectione materialiter sunt idem quod motus et quod sunt partes
eius formaliter tamen non est idem. motus enim non differt secundum prius et
posterius sed secundum quod est actus mobilis. sed ergo motus non sit secundum prius et
posterius. verum tamen motus est aliud a ratione prioris et posterioris
ut inferius clarius ostenditur. cum ergo prius et posterius
in motu sint numerata ab anima compleant rationem temporis
oportet quod tempus formaliter differat a motu cum ratio prioris et
posterioris sit alia a ratione motus. ex hoc autem quod ad primum
possumus dare completam differentiam inter tempus et motum. tempus
autem et motus quedam sunt accidentia sunt actus quod ad est
comparari autem potest nullo ad subiectum in quo est ad naturam
propriam et ad suas proprietates partes sicut ad suas differentias
ut albedo comparatur ad superficiem tamquam ad subiectum comparatur
ad lucem tamquam ad suam naturam et tamquam ad id quod est per se
certum et comparatur tertio ad disgregationem tamquam ad suam proprie-
tatem vel tamquam ad suam differentiam. albedo enim est quedam lux
ad opacitatem disgregativa visus in superficie existens
sed lux opaca est certum quia lux est perspicuis et
substantia colorum quia enim color est certum quedam lux obumbra-
ta in superficie que est tamquam in subiecto. sed disgregatio competit
ei tamquam propria differentia. secundum quod hec omnia ea ad
que potest referri actus differt tempus a motu nam cum
tempus sit prius et posterius de motu ut sunt numera-
ta ab anima oportet quod tempus differat a motu ratione subiecti quia
sunt prius et posterius in motu sunt in ipso motu tempus
ut in subiecto est in motu. motus autem ut in subiecto non est

in se ipso sed in mobili. Rursus tempus secundum id quod est formaliter est
quedam numerus cum sit prius et posterius ut sunt numerata.
motus autem secundum id quod est formaliter non est numerus sed est actus
mobilis. Amplius proprietates motus sunt quod sit velox et tardus.
tempus autem ut dicitur non est velox nec tardum quod non ob-
viat non differunt secundum solam intentionem anime de se invicem
predicantur. ¶ Dicendum quod ut tempus secundum id quod est et formaliter sic so-
lum ens apud animam in fine declarabitur. ad primum autem di-
cendum est quod que differunt secundum intentionem anime vel secundum rationem re-
ales vel sic se habent quod una directe et in recto clauditur in
alio sicut in generis clauditur in specie et tunc non impedire
predicationem. vel etiam sunt res disparate vel opposite et una di-
recta non clauditur in alia et tunc impedit predicationem. actio
enim non est passio sed actio et passio non sunt idem materialiter et
differunt secundum rationem vel intentionem anime quia ratio actionis non
clauditur directe in ratione passionis non est passio. quia ratio motus non
clauditur directe et in recto in ratione temporis non est tempus non est motus
non est passio. ¶ Ulterius forte dubitaret aliquis utrum possit esse motus sine
motu. videtur quod sic. tempus enim est motus sed ut dicitur quanto me-
thaphysice mensura reducitur ad mensuratum quia mensuratum reducitur
ad primum sicut scibile reducitur ad scientiam quia scientia reducitur ad-
primum secundum quod est. sic enim potest remanere sublato actu relatio.
sicut ergo potest remanere scibile sublata scientia sic potest rema-
nere tempus quod est mensura motus sublato motu. ¶ Dicendum quod
secundum philosophum in hoc quarto Physicorum tempus non esse sine motu. pro-
ut manifestum ex eo quod motus est subiectum temporis sicut enim non potest
passio sine proprio subiecto non potest esse sine motu. secunda similiter
ex eo quod tempus et motus sunt idem materialiter quia enim sicut idem sunt
etiam unum sine alio esse non potest passio enim quia est idem materialiter
actionem absque actione esse non valet. tertia manifestum ex eo
quod motus est quid successivum. nam cum tempus non sit nisi mensura
successivorum oportet quod non sit sine motibus nec sine motu sine
quo successio esse non potest. non enim esset secundum id quod est et esset
quedam mensura successiva non haberet esse nisi habitudinem
et analogiam ad motum sine quo non potest esse successio. quod
non obiciebatur de mensura et mensurato. ¶ Dicendum quod
tempus sicut in subiecto est in ipso motu et illius secundum se totum non
est mensurata mensura sed passio. quorum autem motuum
est mensura tempus autem potest esse sine hoc motu vel sine primo quod
est simpliciter mensura. sed non potest esse sine motu simpliciter
quia non potest esse sine motu cuius est passio habet enim tempus a
motu isto quod sit mensura sicut et quod sit mensura
aliorum motuum et quia habet esse illum habitudinem ad illum
motum. ideo sine motu tempus esse non potest. ¶ Ulterius
forte dubitaret aliquis quomodo paradoxo vel ymaginatione motum percipi
tempus. ¶ Dicendum quod convenienter post expositio quod ymaginatione motum
percipimus nos autem in esse transmutationis et quia omnis transmutatio
habet esse per motum ideo ex hoc percipimus tempus quod est passio
primi motus. ¶ Deinde cum dicit. accidit autem. quia

dixerat tempus non esse motum et non esse sine motu ideo ex hiis ostendit quod tempus est aliquid ipsius motus dicens quod cum circuimus quid est tempus ideo incipiendum est inde scilicet a motu accipiendo quid tempus est ipsius motus oportet scilicet quod tempus sit aliquid ipsius motus nam simul cum sentimus motum sentimus et tempus et tempus et econverso quia si sint tenebre et nichil per corpus patiamur sit motus cum anima sit videtur simul tempus quoddam esse et tempus videtur aliquid simul fit et motus aliquis simul et quia sic sunt annexa tempus et motus mutuo quod tempus aut est ipse motus aut est aliquid ipsius motus. cum autem declaratum est quod tempus non sit ipse motus necesse est ipsum tempus esse aliquid ipsius motus.

Quoniam autem quod movetur et cetera. Postquam philosophus premisit probabilia quedam necessaria ad diffinitionem temporis. Iuxta hic venatur hic diffinitionem et est quod dicit quod primo venatur particulas positas in diffinitione temporis. secundo ex hiis particulis venatis concludit diffinitionem eius ibi scilicet numerus est tempus. Est quod diffinitio temporis quod est numerus motus secundum prius et posterius. In hac autem diffinitione tres sunt particule. primo est quod tempus habet quandam similitudinem et quandam dependentiam ad motum secundum quod hec similitudo declaratur per prius et posterius in ceteris vero ut inveniatur ergo particulas positas in diffinitione temporis tres facit secundum quod diffinitio eius has tres particulas continet primo scilicet ostendit quod tempus habet quandam similitudinem ad motum sicut motus ad magnitudinem. secundo ostendit quod illa similitudo sumitur secundum prius et posterius. tertio declarat quod in hac similitudine reperitur numerus ibi sed quando est quod prius et posterius. tertia ibi cum quando ergo. dicit ergo quod cum omne quod movetur movetur ex quodam in quoddam id quod movetur habet partes quia partem est in medio ex quo movetur et partem in eo ad quod movetur et hee partes sunt continue quia omnis magnitudo continua est ergo magnitudo mobilis habet partes scilicet quod continuum quia motus sequitur magnitudinem motus erit continuus quia magnitudo est quod continuum et cetera motus sequitur magnitudinem sic tempus sequitur motum quia per hoc quod quantus est motus tantum videtur fieri tempus quia ergo sic est quod tempus sequitur motum et motus magnitudinem prius et posterius sunt primo in prius in loco et hoc scilicet in magnitudine et in loco sunt prius et posterius in ratione positionis et ratione sui quia scilicet in magnitudine partes magnitudinis est annexa et posita cum alia ideo in magnitudine reperitur prius et posterius cum ergo in magnitudine reperiatur prius et ulterius necesse est in motu esse prius et posterius et proportionaliter hiis que sunt ibi scilicet in magnitudine tantum sit proportionaliter proportionem secundum quod reperitur prius et posterius. in magnitudine reperitur prius et posterius in motu. causa huius est in motu est prius et posterius et in tempore est prius et posterius ideo quia alterum ipsorum sequitur alterum scilicet motus tempus sequitur motum. Secundo autem quod si prioritas et posterioritas reperitur in tempore per motum et in motu per magnitudinem declarata est prima particula que dicebatur declaranda videlicet quod tempus habet quandam similitudinem ad motum sicut motus ad magnitudinem.

Secundo et quod prioritas et posterioritas dicuntur pluribus esse prius in magnitudine non quod hec non sint per magnitudinem per aliquod habet scilicet magnitudo prioritatem sive per situm sive per positionem considerata scilicet quod partes eius sunt ordinate posite. et reperitur in magnitudine prius et posterius dicuntur ergo in magnitudine esse prioritas et posterioritas vero temporis et motus quia prius et posterius in motu et tempore dicuntur a priore et posteriore in magnitudine.

Secundo et quod consequenter potest accipi dupliciter vel quantum ad esse vel quantum ad materiam si accipiatur quantum ad esse sic tempus sequitur motum et non econverso. sed si accipiatur consequentia quantum ad materiam sic tempus sequitur motum et non econverso. verum enim materialiter quod si est tempus est motus et econverso. Deinde cum dicit et est autem prius. declarat secundam particulam videlicet quod similitudo temporis ad motum accipienda est secundum prius et posterius ideo dicit quod prius et posterius est primo scilicet de numero priorum que sunt in motu et hec prius et posterius quod quidem est ens motus est esse tamen ipsi priori et posteriori est alterum a motu et forte non est motus reperitur scilicet prius et posterius in motu et quantum ad esse quod hoc sunt in motu et sic sunt ipsi motus tamen forte et secundum esse differunt hec prius et posterius dicuntur a motu sed licet vero prioris et posterioris in motu differat a motu tempus tamen habet magnitudinem ad motum prout in eo reperitur prius et posterius. ideo subdit quod et non tempus cognoscimus cum diffinimus motum declarantes ipsum secundum prius et posterius et tunc dicimus fieri tempus quando in motu percipimus sensum prioris et posterioris declaramus autem tempus in acceptione ipsum prius et posterius esse aliud et aliud et in acceptione medium ipsorum esse aliud alterum nam cum intelligamus extrema ipsius medii esse altera et diversa et quod anima dicat ipsa duo nunc esse diversa ita quod hoc quidem nunc dicat esse prius istud non posterius esse. hoc enim esse tempus videtur. nunc tempus declaratum esse ipso nunc et hoc supponatur ad prius quia in sequentibus hoc erit magis manifestum. patet ergo quod declaravimus tempus secundum prius et posterius quoniam reperiuntur in motu quod tempus habet similitudinem ad motum secundum quod in eo reperitur prius et posterius quod dicebatur secundo declarandum.

Secundo autem quod sic intelligendo duo puncta et intelligendo medium esse aliud medium intelligimus lineam quia inter duo puncta non potest esse aliud medium quorum unum sit prius alterum posterius et intelligendo inter ista nunc esse aliud in medio statim intelligimus tempus quia inter duo nunc decurrit est in medio nunc tempus aliud statim ergo cum anima intelligit duo extrema scilicet duo nunc esse ad invicem diversa quia intelligit in medio esse aliud medium statim intelligit tempus. cum ergo non possit accipi duo nunc quorum unum sit prius alterum posterius nisi accipiatur prius et posterius in motu oportet quod tempus habeat similitudinem ad motum prout in eo reperitur prius et posterius. Deinde cum dicit cum quidem ergo declarat tertiam particulam positam in diffinitione temporis. videlicet quod similitudo quam habet tempus ad motum reperitur in numero ideo dicit quod cum quidem ergo sentimus ipsum nunc tamquam unum nunc ita quod non sit in motu nunc prius et posterius aut cum ymaginamur vel sentimus esse idem nec aliud prioris et posterioris non videtur fieri nullum tempus quia nec videtur fieri motus. Sic ergo in uno nunc non sit motus

sed oportet ymaginari diuisa nunc si nolumus ymaginari motum ita
oportebit ymaginari diuisa nunc si nolumus ymaginari tempus.
Et subdit cum autem sentimus uel ymaginamur quod est nunc
prius et posterius tunc dicimus esse tempus. numquam ergo y-
maginamur tempus nisi ymaginando plura nunc uel nisi ymagi-
nemur in ipso motu esse aliqua plura quorum unum sit prius
et aliud posterius. cum ergo sic in pluralitate intelligamus esse alias
nunc oportet quod habitudo quam habet tempus ad motum sit aliquo modo
numeri. ¶ Deinde cum dicit hoc enim est tempus, uenatur per-
ticulis positis in diffinitione temporis includit diffinitionem eius tamquam
uenatam et manifestam, dicens quod hoc est scilicet quia prius sic quod dictum est.
Ideo quod dixerat tempus esse numerum declarat hoc per quoddam signum.
Consimiliter enim numerus sit tempus omnis quod sit numerus numeratus.
non numerus quo numeramus. Secundo ibi signum autem. Tertio ibi quoniam autem numerus.
continue sit. Dicit ergo quod tempus habet habitudinem ad motum secundum prius
et posterius et quod in hoc reperitur habitudo quedam ratione numeri
quia ergo sic est numerus, quod hoc enim est tempus scilicet numerus motus secundum prius
et posterius. cum ergo tempus est motus sed sit circa motum quod motus
habet numerum prioris et posterioris. ¶ Deinde cum dicit signum
autem probat tempus esse numerum per quoddam signum dicens signum autem quod
tempus sit numerus est quia numerus iudicamus ad esse plus et minus sic iudica-
tur paucum numero id est per numerum. motum autem dicimus esse plu-
rem et minorem id est multum et paucum tempore id est per tempus. tem-
pus ergo est quidam numerus. ¶ Sed quia autem est quod multum et paucum ma-
gis in tempore reperitur in minus quam in magnitudine. si ergo dicimus
quod motus sit plus et minus et quod sit multus et paucus ratione
temporis ut quia sit in multo et pauco tempore sic manifestum est quod habet
rationem eius numeri cum ipsum indicemus multitudinem et pau-
citatem motus. ¶ Deinde cum dicit quoniam autem numerus.
ostendit quod numerus sit tempus dicens quod numerus est dupliciter. nam id quod numera-
tur et ipsum numerale dicitur esse numerus et id quo numeramus et
est numerus. tempus autem est ipsum numerale uel est numerus numeratus non est
numerus quo numeramus. Subdit autem quod aliud est quo numera-
mus et quod numeratur. quia ergo aliud est hoc ab illo unde debet dici
quod numerus est tempus. ¶ [illegible] ut prius et posterius
in motu sunt secundum ipsum motum ut sunt de ratione
motus. ¶ Ubi dicit quod non est inconueniens aliqua non separari secundum esse
que tamen separantur secundum rationem et diffinitionem. genus enim licet secundum
esse non possit separari ab omnibus speciebus quia non est in genere quod
non sit in aliqua eius specie. ratio tamen generis est prior ratione
speciei sic est in proposito hic motus secundum esse non possit separari
a priori et posteriori ratio tamen motus est preter rationem prioris et
posterioris ita quod si diffiniretur motus prius et posterius non
caderent in diffinitione eius quod sic declaratur. Quia enim diffinitur
per id quod prius reseruatur in ipso prius et posterius in
motu habent esse in ipso quia dicitur enim diuisio motus
uel quod dicitur continuitas motus quam accipimus in eo secundum prius
et posterius sunt in ipso solum. aliter enim motus secundum id quod
est non esset ad [illegible] sed ad dicendum si diffiniretur motus

differentia propter hoc quod est actus motus non propter hoc quod in eo habet esse prius
et posterius quia talia sunt solum potentia in ipso. sed hoc oportet
magis mihi esse sine [illegible] uel uidetur quod ad esse motus non sit
anima sed ad esse temporis aliquo modo facit anima quia prius et posterius
in motu quod propter completionem temporis fiunt in actu per signationem
anime ad prius et [illegible] tamen dicendum sit quod motus habet esse quod hoc
non separatur a priori et posteriori cum sit actus successiuus.
ratio tamen motus est preter rationem prioris et posterioris. Unde ergo dicimus
est quod aliquis dicit quod prius et posterius in motu habet quod est eius id est habet esse
actuale quod hoc esse ipse motus tamen habet esse distinctum et habet rationem
est aliam a motu. ¶ Ulterius secundum dicit [illegible] ut prius et posterius
in tempore dicantur a priori et posteriori in motu. ¶ Ubi dicit [illegible]
[illegible] quod [illegible] sic effectus dicitur a sua causa quia sicut hoc non esset
nisi id quod esset sibi ipsi causa conueniens uel esset causa sui ipsius
quod est inconueniens. cum ergo prius et posterius causatur a priori et poste-
riori in magnitudine et prius et posterius in tempore causatur
a priori et posteriori in motu ut patuit per philosophum [illegible]
omnia [illegible] quod habet esse adinuicem aliam et diuersam prius ergo
et posterius in motu dicitur a priori et posteriori in magnitudine
et prius et posterius in tempore [illegible] est aliam a priori et posterio-
ri in motu. ¶ Ulterius secundum dicit [illegible] cum in diffinitione temporis
ponatur prius et posterius [illegible] prius et posterius que po-
nuntur in diffinitione eius accidentaliter sunt prout reperiuntur in tempore
uel prout reperiuntur in motu. ¶ Ubi dicit quod prius et posterius
que ponuntur in diffinitione temporis non sunt prius et posterius in
tempore sed sunt prius et posterius in motu quod sic declaratur
dicebatur enim supra quod quotienscumque fit declaratio nunc
est circulo alicuius supra scriptum ut si a probatur b et b pro-
batur a sequitur quod a probatur per ipsum. cum ergo prius et posterius
diffiniunt ut declarant per ipsum tempus cognoscitur prius et posterius
in tempore sed si prius et posterius in tempore essent diffinitiua
temporis cum tempus habeat diffinire et declarare talia tempus diffiniret et
declararet per ipsum quod est inconueniens. nam [illegible] ad esse diffinitum
sui ipsius nisi id esset notior et ignotior se ipso et prius et
posterius se ipso. prius et posterius in tempore cum diffiniantur per tempus
non ponuntur in diffinitione temporis sed prius et posterius que ponuntur
in diffinitione temporis sunt prius et posterius in motu. ipsa enim
prius et posterius in motu ut sunt numerata ab anima complent
rationem temporis. ¶ Ulterius secundum dicit [illegible] ut tempus sit numerus nu-
meratus. ¶ Ubi dicit quod dupliciter numerum uenari possumus quod
tempus magis dicitur esse per hoc quod est numeratus [illegible] quod sit numerus
quo numeramus. Prima [illegible] quia ut [illegible] numerus quo numeramus
est numerus acceptus simpliciter sed numerus numeratus est numerus appli-
catus ad motum. non est autem numerus quo numeremus quia non
est numerus simpliciter acceptus. si enim hoc esset [illegible] simpliciter re-
periatur in omni [illegible] si tempus esset numerus simpliciter uel esset numerus
quo numeramus sequeretur quod omnis numerus esset tempus quod est inconueniens.
Secunda ratio ad inuestigandum hoc [illegible] nam prius et posterius in
motu [illegible] sunt [illegible] uel ut sunt in motu [illegible]

vel ut in motibus aliis. Si consideretur in motu prius et
posterius ut sunt numerata ab anima complente rationem
temporis, tempus quidem ut comparatur ad prius et posterius in motu primo
habet rationem numeri numerati. Sed si comparetur ad prius et posterius
que reperiuntur in aliis motibus sic tempus habet quodammodo
rationem numeri numerantis. tempus enim non tantum est mensura primi
motus sed etiam per accidens est mensura aliorum motuum.
Cum igitur res magis diffiniatur per sua priora quam per sua
posteriora, tempus non habet diffinitionem per prius et posterius
aliorum motuum sed per prius et posterius primi motus.
magis igitur diffinitur tempus ut est numerus numeratus quam ut est
numerus numerans. quia etsi tempus comparatum ad prius et posterius
aliorum motuum habet rationem numerantis, comparatum tamen ad prius
et posterius primi motus secundum quem attenditur eius diffinitio habet magis
rationem numeri numerati ut clarius infra docetur. Hee autem
due rationes quibus ostenditur tempus esse numerum numeratum videntur esse
necessarie ad intellectum veritatis quesiti [illegible]
sufficienter. Sunt autem et alie rationes propter quas tempus dicitur esse non
numerans. Sed de hiis in processu patebit.

Et sicut motus semper aliud etc. Postquam philosophus de-
claravit diffinitionem temporis, hic post ista solvit du-
bitationes factas de tempore. De tempore autem supra dubitatum
fuit an tempus esset et hinc dubitavit an nunc. fuit du-
bitatio alia an scilicet esset unum et idem nunc in toto tempore. Dicit
igitur quod primo solvit dubitationem factam de tempore. Secundo solvit
dubitationem factam de nunc ibi Deinde cum dicit: ipsum autem nunc.
Ad quorum evidentiam sciendum ut supra dicebatur quod partes non
sunt et tamen tempus quia tempus est quod successivum et esse eius non est in
simultate partium sed in ordine partium. Solvit igitur ad du-
bitationem factam quod non est tempus quia non sunt partes eius. Non
autem est quia oportet tempus non esse de genere permanentium sed
de genere successivorum et esse quod successivum sicut et motus.
Et ideo ait quod sicut et motus semper est aliud et aliud quia semper
una pars post aliam et est quid successivum sic et tempus est quid successivum.
Ex quo patet quod non oportet partes temporis simul esse ut suppo-
nebat premissa dubitatio de tempore. Sed sufficit quod partes tem-
poris successive compleantur sicut et partes motus et quia tantum
affinitatis habet tempus cum motu ne crederet aliquis quod tempus esset
idem quod motus ait quod omne tempus quod est simul est idem quod de
motu dici non potest. Quod autem quod hoc tempus sit
simul ipse motus et hoc sit quid successivum sicut et motus differt
a motu quia simul possunt esse plures motus simul, non
autem plura tempora simul. Deinde cum dicit: ipsum autem nunc
solvit dubitationem factam de instanti. Probaverat enim supra
quod esset unum nunc in toto tempore et quod non esset unum.
Huius autem solutio est per distinctionem quia quodammodo est unum et quodam-
modo non est unum. est enim in toto tempore unum nunc secundum rem
sed non est unum nunc secundum esse differens sed secundum rationem. dicit ergo
quod primo ponit huius solutionem. Secundo assignat rationem eorum que dixit

de ipso nunc ibi Medium autem est. Circa primum dicit quod primo in generali
ponit dicte solutionis manifestationem. Secundo quedam que supposuerat declarat ibi
Ipsum autem nunc est quod. Dicit igitur quod ipsum nunc in toto tempore
idem est secundum rem. Sed quod quod erat esse eius differt ratione eius quod
alterum et alterum, quod patet quia ipsum nunc mensurat tempus secundum
prius et posterius. Ipsum igitur nunc secundum quod ipsum sit idem secundum rem in
toto tempore tamen ut mensurat tempus secundum prius est aliud secundum rationem
quam ut mensurat ipsum nunc secundum posterius. Deinde cum
dicit: ipsum enim nunc, quia manifestat quod dixerat. duo enim simi-
liter in hoc quod nunc in toto est idem secundum rem, differens autem secundum
rationem, et quod ipsum nunc mensurat tempus. dicit igitur primo
oportet ostendere quomodo nunc est idem secundum rem et quomodo differens secundum
rationem. Secundo declarat quomodo nunc numerat et mensurat tempus
ibi secundum enim continuale. Circa primum dicit quod primo proponit quod intendit.
Secundo declarat propositum ibi Sequitur enim. Dicit igitur quod ipsum quod dicitur
nunc est idem sicut idem est et non sicut non idem secundum quod enim
quod est in alio et alio tempore, ut secundum hoc prius et posterius alterum est
semper secundum rationem. Hoc vero erat ipsi nunc semper esse differens
et vero eius prout igitur hoc esse alio et alio prout habet esse prius et
posterius est differens secundum rationem. In quantum autem est quod [illegible]
enim in quantum est aliquid ens et prout consideratur secundum esse reale
ipsum nunc idem est in toto tempore. Deinde cum dicit:
sequitur enim, probat quod dixerat. Circa quod duo facit quia primo ostendit quomodo nunc
est idem secundum rem. Secundo quomodo est aliud secundum rationem ibi Vocetur autem aliud.
dicit igitur sicut dictum est motus sequitur magnitudinem et hunc enim motum
sicut diximus sequitur tempus, dependet enim tempus a motu
et motus a magnitudine. Est igitur quod fertur simpliciter puncto in mo-
bile cum quo [illegible] habet quandam similitudinem cum puncto mo-
bile. Est enim id quo cognoscimus et quo cognoscimus prius et
posterius in ipso motu. Est igitur similiter de mobili vel motu
et de puncto vel linee. per punctum enim cognoscimus lineam
et per ipsum cognoscitur prius et posterius in ea. Addit autem quod
hoc scilicet mobile quando quidem vel lapis quidem ut habet aliquid vel aliquid quantum ad
eius sit semper idem in toto motu aut enim punctum aut
lapis aut quodcumque aliud huiusmodi mobile est semper idem in toto
motu. tantum igitur semper est ratione quod cum similiter sit de nunc vel
temporis sicut de mobili vel motu erit unum nunc realiter
in toto tempore sicut est unum mobile in toto motu.
Secundo autem totum in rationibus hoc in hac consistit quod per mobile
distinguimus prius et posterius in motu sicut per punctum
primum distinguimus priores ad posteriores in linea quia
nunc vel temporis se habet vel sicut punctus vel linee quia
per nunc distinguimus partes priores et posteriores in tempore
sicut per punctum distinguimus partes priores et posteriores
in linea. Et quod similitudo mobilis ad motum quam est pun-
cti ad lineam vel quam est nunc temporis ad tempus. Si igitur est unum
mobile vere in toto motu erit unum nunc in toto
tempore vere. Secundo autem quod cum ipse sit quod semper in toto
motu uno continuo oportet dare unum mobile, ideo ait quod

quasi esset ideo quod mo sic sit lapis sic punctus sic ad a
sed erit unum et idem modo secundum rem in toto motu ¶ Ergo
et quod sicut plura mobilia secundum rem quia est dare plures mo
tus non continuos sed si non esset nisi unum motus quantecumque quan
titatis esset iste motus dependeret in illo motu non esset nisi
unum mobile quia si essent plura mobilia essent plures motus.
cum igitur nunc temporis se habeat sicut mobile ad motum cum
non sit nisi unum tempus non est nisi unum nunc reale in
toto tempore ¶ Dubitatur si ad unum se habeat punctus ad
lineam sicut habet mobile ad motum videtur quod non quia unum
est mobile reale in motu. sed non est quod unum punctus reale
in tota linea immo in eadem linea continua est dare plura
puncta secundum rem. ¶ Opponitur autem ut velle philosophus dicere
quod non omnino simile est proportionem mobile simile mobile. n. se habet
ad motum sicut punctus ad lineam quia sicut per
mobile cognoscimus motum et per ipsum distinguimus prius
et posterius in motu ita per punctum cognoscitur lineam
et per ipsam plurimum distinguere partes priores a partibus
posterioribus lineae tunc tamen esset quodam modo per modum mo
bile de mobile vel motus et de puncto vel lineae si intelli
gimus quod punctus fluens causat lineam. secundum hunc n.
intellectum intelligimus quod punctus manens idem secundum rem
causat omnes partes lineae quarum aliquas causat prius
aliquas posterius. sicut mobile manens unum secundum rem
causat omnes motus partes. quarum aliquas causat prius aliquas
non posterius. ut igitur philosophus innuit habet similitudinem de mobili
vel motus et de puncto vel lineae accidentaliter esse secundum punc
tum fluentem non secundum punctum stantem aut quod quodque sit
idem quod mobile aut sit punctum aut lapis aut alia a. hic
sed est idem omnis secundum rem in toto motu. notandum igitur
punctum unde mobilia ut ostendit secundum punctum motum accidit
esse potentiam simile ¶ Hoc igitur modo non habet calum
niam quod dicitur una sicut mobile fluens causat motum.
et sicut si intelligamus punctus fluens causabit lineas
sicut intelligimus nunc esse fluens causare tempus in
tellige. patet quod ex fluxu unius mobilis causatur alius motus
et ex fluxu unius puncti causatur una linea sic
ex fluxu unius nunc causatur unum tempus. quia si non
esset nisi unus motus possumus arguere quod non est nisi unum
mobile fluens et si non esset nisi una linea continua ex
fluxu puncti non esset nisi unus punctus fluens. sic
quia non est nisi unum tempus non est nisi unum nunc reale
quod intellige esse fluens in toto tempore immo quia est val
de expresse simile quod nunc fluens intellige causare tempus
sicut punctus fluens causare lineam. cum philosophus ait
quod simile de mobili vel motus sicut de puncto vel lineae
nisi sunt sibi. igitur ex hoc sufficit in nullo quod
simile sic esset de nunc vel temporis. si igitur idem est mobile in to
to motu erit idem nunc secundum rem in toto tempore. patet igitur

quomodo se habet punctus ad lineam sicut mobile ad motum
et quomodo non et patet et quomodo similitudo est ad propositum applicatur.
¶ Deinde cum dicit vocem a quod ostendit quod licet sit idem nunc secundum
rem in toto tempore non est tamen idem secundum rationem quia nec est mobile
idem secundum rationem in toto motu. ideo ait quod vocem id est secundum rationem
mobile est alterum et alterum secundum quod est in alia parte sicut sophiste acci
piunt esse alterum coriscum in theatro et coriscum in foro.
arguunt enim sophiste. coriscus in theatro. est alter a
corisco in foro. igitur coriscus est alter a se. quod secundum rationem verum
est. dicunt enim secundum rationem coriscus et quod hoc mobile a se ipso prout
est alibi et alibi. ideo subdit quod hoc igitur id est mobile in eo quod
est alibi et alibi est alterum secundum rationem. igitur ipsum nunc sequitur
quod fertur vel ut habet quoddam id est sequitur id quod fertur id est
sequitur motum. quod autem nunc se teneat ex parte mobilis
et quod nunc comparetur ad tempus sicut mobile ad motum
patet quia eo quod fertur. n. ipso mobili cognoscimus prius et posterius
in motu in tempore. ideo subdit quod ipsum nunc est ad hoc quod tempore
est numerale per prius et posterius. quia in hijs. n. in tempore
sic se habet sicut mobile se habet in motu idem. n. est
ens secundum rem quod est prius et posterius in tempore sic est idem
mobile quod est in motu. esse autem id est secundum diffinitionem et secundum rationem
est alterum. ipsum enim. n. nunc secundum quod est numerale per prius et poste
rius dicitur ratione sicut mobile est alterum secundum rationem prout est
in alia et alia parte spacii. ¶ Ergo autem quod cum dicitur
coriscus in theatro alter est alter a corisco in foro. igitur
coriscus est alter hic illa non potest esse verum et potest petere per fallaciam
accidentis. si enim intelligatur talis alteritas secundum mobile accidentaliter per se
rationem sic est illa non vera enim idem coriscus acceptus est
in theatro et in foro quod secundum quod mobilis accidit et secundum rationem
dicitur a se ipso. sed si accipiatur talis alteritas secundum rem contin
ualiter accidentis. accidit enim corisco ut est idem sibi secundum rem quod
sit alterum a se ipso prout est in theatro et in foro
quia talis alteritas non realem ydemptitatem non impedit. si igitur
nunc se ipsum mobile sic tempus motus et comparatur nunc ad
tempus ad nunc sic mobile ad motum tamen idem mobile secundum rem
in toto motu sed secundum esse diffinitionem id est secundum rationem sic alterum
erit idem secundum rem in toto tempore. alterum autem secundum rationem.
¶ Deinde cum dicit et notum a declarat quomodo nunc mensurat
et numerat ipsum tempus. dicit quod si nunc est maxime notum
sumpsi vel temporis cognoscitur tempus per ipsum nunc sic enim
notum per magis notum sic et motus cognoscitur per id
quod mobile et loci unius cognoscitur per id quod fertur quoniam
fertur. n. mobile. est igitur aliquid. n. est aliquid manens motus autem
non est aliquid manens hoc igitur cognoscitur motus per mobile sicut
quod non manens cognoscitur per id quod manens. si igitur mobile
se habet ad motum sicut nunc ad tempus cum motus cog
noscitur per mobile cognoscitur tempus per ipsum. ¶ Dubitatur si
ad unum nunc mensurat tempus videtur quod non quia mensura
debet esse unigenea mensurato et debet esse quod continua

commensurari ad mensuram. indivisibile autem non potest sic commensurari di-
visibili ut dictum est. indivisibile ergo non potest esse mensura divisibilis nisi for-
te per accidens compositi ex indivisibilibus. cum ergo tempus non componatur ex in-
stantibus sicut nec linea composita ex punctis instans non po-
terit esse mensura ipsius temporis ut videtur philosophus velle in littera.
¶ Quod quod mensura ut videtur velle commentator per prius videtur
reperiri in numeris. ratio enim mensure per prius competit unitati que
est principium numeri. unde et unus dicitur a philosopho x. metaphysice quod est men-
surata multitudinis per unum. extensa autem translata est ratio mensure
ad unum quia omnes transferentes per aliquam similitudinem transferunt
non quod omne illud quod reperitur in uno quod est principium numeri reperiatur
in omnibus aliis ad que translata est ratio mensure. sed sufficit
sicut quod oportet que sunt mensura aliorum habeant aliquam simili-
tudinem cum uno quod est principium numeri et quod aliquo modo in se habeat ad aliqua
mensurata sua sicut unum se habet ad numerum. videmus
enim quod per unum cognoscimus numerum et unum per suam replicationem
commensurat se cuicumque. cum ergo ratio mensure transfertur ad
alia aliud est translatio secundum replicationem et hoc in motu est in-
sura ponderis ut palmus vel aliqua alia modo quantitatis
est mensura continui quia sicut unitas replicata reddit quanti-
tatem numeri sic uncia replicata reddit quantitatem ponderis
et palmus replicatus reddit quantitatem continui. aliud non habet trans-
latio fit non per replicationem sed per notitiam et manifesta-
tionem. dicitur enim mensura esse album omnium colorum non quod per
suam replicationem reddit omnes colores sed quia plus
habet de luce et est notior coloribus aliis post ipsum
mensuram omnium colorum sic et in primo transpositum omnium
nium substantiarum quia est notior substantiis omnibus potest dici ergo quod ratio
mensure per prius reperitur in unitatis et ex eo transfertur
ad alia. verum autem secundum prioritatem accipiendam sit solum secundum im-
positionem nominis vel etiam secundum rem. ita quod realiter id quod significatur
nomine mensure per prius reperiatur in uno quod est principium numeri quam
in aliis non est presentis speculationis. Dicitur enim in quibusdam
nostris editionibus theologicalibus difficultatibus diximus. ad presens
autem in tantum dicendum sit quod ratio mensure alii transferunt ab ea
ratione commensurationis et replicationis. alii non ratione no-
titie. tempus ergo quod est notius et per quod alia apta na-
ta sunt cognosci potest dici aliorum mensura. ergo et tempus
quod per ipsum instans cognoscimus potest dici mensuratum et ultimus
sit nunc mensura temporis non obstante quod tempori se commensu-
rare non potest. ¶ Ulterius forte dubitabitur de eo quod dicit
ubi quod motus est sicut est de permanentibus ut videtur oppositum in addito
quia ad motum secundum quod huiusmodi dicatur esse manens. ¶ Quod quod
mobile differt a motu quia mobile est quid manens et non
motus. mobile enim licet non maneat secundum rationem manet tamen
secundum rem. motus autem non manet nec secundum rationem. mobile ergo si
sit de quo hic loquimur est per quem motum possit localiter non mu-
tat suam formam et suam substantiam dicitur manere idem secundum rem.
cognoscimus ergo per huiusmodi mobile ipsum motum sicut per id quod

manet cognoscimus quod non manet sic et per nunc temporis cog-
noscimus ipsum tempus quia hoc manet idem secundum rem secundum rem in
omnibus partibus temporis tempus tamen partes temporis et realiter non ma-
nent. sed aliud est alia pars temporis post aliam sicut alia pars mo-
tus post aliam. ¶ Ultimo concludit quod, quia oportet quod id quod dicitur
nunc est quodammodo ergo sicut aliquid est idem aut sic non idem et ratione
quod fertur enim mobile est secundum id et non id. est enim idem secundum rem et non
Manifestum ergo est et quod nisi tempus ... id secundum rem.
Nunc praeterita ut dicebatur philosophus assignat rationem
eorum que dicta de ipso nunc. sunt autem quatuor ad presens
que dicta de eo. primum est quod nunc est inseparabile a nexu
temporis. secundum est quod nunc continuat ipsum tempus. tertium est quod nunc est
pars temporis. quartum est quod dividat et numerat ipsum tempus. quod ergo sic quia
primo ostendit quod nunc est annexum tempori. secundo quod continuat ipsum. tertio
mat quod non est pars ipsius. quarto et ultimo ostendit quod nunc dividat et
numerat ipsum tempus. secunda ibi et continuum autem est tempus. tertia ibi est autem ad hoc nunc.
quarta ibi. secundum quodammodo ergo. dicit ergo quod manifestum est quod nunc est inseparabile a-
nexum tempori et econverso. nam nisi tempus sit nunc prius nunc non esset
sine ipso et sine ipso non erit tempus nisi est. nam sicut simul se
quod fertur et loci mutatio. id est motus et motus. sic numerus quod est eius quod
fertur. id est numerus ipsius motus simul est sive cum eo quod est numerus
loci mutationis. quia ergo tempus est loci mutationis ipsum autem
nunc est unitas numeri eius quod fertur sequitur quod nunc et tempus
sibi invicem sunt annexa. ¶ Deinde autem quod sicut se
habent invicem adinvicem sic quodammodo se habent ipsa
numerata. cum ergo tempus mensurat motum. nunc autem
mensuret et mensuratur id quod fertur sic se habebit nunc
ad tempus sicut quod fertur ad motum propter quod cum id quod fertur
secundum quod huiusmodi sit continuum motui et econverso. nunc erit
continuum tempori et econverso. ¶ Deinde tangit quod nunc habet rationem u-
nitatis cum sit quid indivisibile et quodammodo unitatis videtur habere ratio-
nem cum mensuret et numeret ipsum motum. ideo cum prius
dixisset quod nunc erat numerus motus postea dixit quod nunc
erat unitas numeri. ¶ Deinde notat quod nunc dicitur magis
unitas quam numerus immo non debet dici numerus nisi
numerus sumatur valde large ut dicatur numerus quicquid
aliud numerat. secundum quem modum loquendi vocavit quod uni-
tas est quodammodo omnis numerus quia omnis numerus virtualiter
continetur in unitate et per unitatem mensuratur. nunc
est ergo quod nunc dicitur magis unitas numeri quam numerus uni-
tatis quia non sic indistincto et invicem competit ipsi nunc
quod sit numerus sicut competit ei quod sit unitas. non est
enim proprie numerus sed est ad numerum. ¶ Deinde cum dicit
¶ Deinde cum dicit qui est autem secundum locum. declarat de motu secundum locum dicens quod motus qui est secundum locum est innominatus et secundum non proprium et secundum non commune. Licet motus qui est omnino innominatus tamen nomen sit nominata latio quantum ad id quod est ei commune quamvis latio non sit omnino nomen commune omni motui qui est secundum locum cum proprie dicantur ferri Sed sola inanimata instantibus locum non sit in se ipsis stare vel quiescere contingit enim non quod secundum se ipsum movetur secundum locum ei proprie competit ferri latio non est commune nomen omni motui Sed solum competit motui non moventi se ipsum. ¶ Dubitabit forte aliquis in quo predicamento sit motus secundum locum. videtur quod sit in quantitate. nam motus est in eodem subiecto genere cum ubi ad quod est motus. cum ergo locus sit in quantitate motus per quem acquiritur locus erit in genere quantitatis. ¶ Dicendum quod motus localis est in predicamento ubi non in predicamento quantitatis. Consequentia cum motus sit in corpore mobili sit in subiecto per se et per hoc per hunc motum acquirit ad illud non ad esse subiecti. Cum ergo locus sit in corpore locante. ubi quod sit in corpore mobili per motum localem per se. et per hoc acquirit non ratio acquisito non acquiritur locus cum ubi sumatur in ordine ad locum. [illegible] ergo hic motus dicatur motus localis licet non est quod sit in eodem predicamento in quo est locus non ubi est quod per talem motum per se et primo acquiritur locus. Sed quia est nobis notior est locus quam ipsum ubi. cum ubi sumptum sit ex ordine ad locum cum sit hec denominatio a notiori cum dicitur motus secundum locum. ¶ Ultimus forte dubitabit aliquis quare hic motus innominatus est cum secundum non commune quam secundum non proprium. ¶ Dicendum quod non est nobis omnino motus non quod acquiritur per talem motum id hic motum nominamus per comparationem tamen secundum motum omnem quam secundum non proprium. ¶ Deinde cum dicit que autem est. removet quoddam dubium. crederet enim aliquis quod motus in eadem forma ut motus a magis calido in minus calidum vel econverso non deberet dici calefactio vel motus. ad hoc ergo removendum dicit quod in mutatione que est in eadem specie in maius et minus alteratio est et motus. Consequentia motus ut est ex contrario aut in contrarium et hoc aut simpliciter ut cum iterum a calido in frigidum vel econverso. aut sicut ut cum iterum a magis calido in minus calidum aut econverso. licet enim magis calidum non sit simpliciter contrarium minus calido quod minus dicitur minus in contrarium minus calido est tamen ei contrarium sicut aliquo modo id subditur quod minus dicitur minus in contrarium. Consequentia vadens in minus calidum appropinquat frigido contraria et dicitur esse infrigidari. Sed vadens in magis tanquam ex contrario in ipsum quod vadens in magis calidum recedit ex frigido et pergit in ipsum calidum. unde declarat quod non differt quantum a motu mutare in contrarium secundum quod id est in contrarium Sed quantum autem minus in contrarium simpliciter non quod minus sit. scilicet in contraria. Simpliciter indigebit contraria enim contrarias formas esse secundum quas attenditur iste motus magis et minus est quo plus autem minus sit contrarium. iterum enim de minus calido ad magis calidum licet non sit iterum de forma in formam contrariam simpliciter. in est iterum ab eo quod est plus de frigido et quod est magis permixtum in id quod habet minus de frigido et quod est minus permixtum. propter quod aliquo modo contrarietas reperiatur ibi. Sed dicit quod ex predictis quod manifestum ex his solis est. sunt motus tantum in qualitate in quantitate et ubi ¶ Deinde cum dicit immobile autem. ostendit quot modis dicitur immobile. dicens quod immobile dicitur tribus. uno modo dicitur immobile quod omnino est impossibile moveri sicut sonus est immobile secundo modo dicitur immobile quod in multo tempore vix movetur et quod tarde incipit

movetur vel quiescit sic immobile quod quiescere est mobile, id est de difficili mobile. Tertio immobile dicitur immobile quod est aptum natum moveri et potest moveri, non tamen movetur tunc, tamen est aptum natum moveri, et vere est aptum natum moveri et tamen non movetur sicut ut est aptum natum moveri. Hoc ergo immobile accipitur in immobile, quod est aptum natum moveri, dum non movetur, dicitur immobile.

Deinde cum dicit quod quiescere etc. ostendit quando accidat sit quies, dicens quod hoc solum in immobilibus, id est hoc solum de numero immobilium quod est aptum natum moveri et non movetur natum quiescere, et est vere quies. Quies enim contrarium motui, quare quies erit privatio susceptivi motus, et est aptum natum moveri et non movetur sed est privatum motu tunc quando competit. Ultimo epylogat esse declarata, dicens quod quid quidem ergo motus, et quid quies, et quot sunt mutationes, id est quo dividitur mutatio in suas species, et quales sunt motus, id est in qualibus generibus habent esse motus, et quot sunt species motus, manifestum est ex dictis.

Post hoc autem dicamus etc. Ut dicebatur in huius quinti libri de tribus intendens, scilicet de divisione et speciebus motus, de unitate eius, de contrarietate ipsius, expedito ergo primo, quia declaratum est in quibus generibus est motus et que sunt species eius, incipit hic executionem de secundo, videlicet de unitate ipsius motus. Et primo dicit quod prius premittit quedam necessaria ad propositum. Secundo declarat de unitate motus, ibi Unus autem motus dicitur. Circa primum dicit quod prius narrat philosophus ea de quibus est declaratio. Secundo incipit declarare de illis ibi Simul quidem ergo. Dicit ergo quod post hoc quod declaratum est dicendum quid est simul et quid est extractum, id est quid est esse separatum, ut habetur alia littera, et quid tangere et quid medium et quid consequenter et quid habitum et quid continuum, et qualibus, id est in qualibus et in qualibus rebus unumquodque sit aptum natum esse dicendorum, id est non solum quid est unumquodque dicendorum, sed in quibus rebus habent esse predicata. Deinde cum dicit Simul quidem, exequitur de unoquoque predictorum. Et primo dicit quod prius ostendit quid sit unumquodque predictorum. Secundo declarat in quibus rebus habent esse predicata, ibi Manifestum quod primum et primo possibilis dicitur in prima parte vii. Secundo quod viii. primum fit esse deinceps. Primo quid separatum. Secundo quid tangere. Tertio quid medium. Quarto quid consequenter. Quinto quid habitum. Sexto quid continuum. Secunda ibi Separatim autem. Tertia ibi Tangere autem. Quarta ibi Medium non. Quinta ibi Consequenter autem. Sexta ibi Habitum autem. Septima ibi Continuum autem ut est. Dicit ergo quod simul dicuntur hec esse secundum locum quecumque in uno loco sunt primo, id est proprio. Nam si vellemus accipere simul quecumque sunt in eodem loco communi, sic omnia sunt simul quia omnia sunt in celo.

Deinde cum dicit quid est esse separatum, dicit quod esse separatum habent quecumque sunt in loco altero. Deinde dicit quid est tangere et que se tangunt, dicens quod tangere ad se dicuntur quorum ultima sunt simul. Deinde cum dicit quod utrumque corpora se tangentia habent ultima simul. Ad quod quocienscumque aliqua duo sic se habent quod totum attingit totum de necessitate illa sic se habent quod sunt in ultimo loco simul primo et in eodem situ. Si enim duo lapides sic se habent quod unus totum attingeret alterum, et esset de necessitate illis lapidibus competeret idem status simul et idem locus, non solum communis, sed et idem locus proprius et primus. Nam si unus lapis vel aliquid de illo lapide esset in uno loco in quo non esset alius, tunc iste lapis talis secundum istam partem secundum quam poneretur in isto loco non attingeretur ab alio lapide contrarium ponebatur. Sic enim bene attendimus dicere quod patet notum est quod quotiescumque aliqua duo sic se habent quod totum attingit totum de necessitate sunt simul et ei competit idem. Sic si ergo linee se tangunt tangent se secundum ultima puncta. Cum ergo puncta

non habeant partem extra partem oportet quod puncta se contingentia contingere se secundum totum esse, cum ergo illa puncta simul, quia totum unum tangit totum alterius. Rursus si superficies se tangunt tangent se secundum ultimas lineas. Cum ergo linee non sint nisi superficierum sic dicitur quod carent latitudine, in tali contactu tota illa linea secundum quam est contactus unius superficiei attingit sed tota illa linea secundum quam contactus alterius. Sic etiam si corpora se tangunt quia superficies non sunt nisi corporum sunt indivisibiles cum non habeant profunditatem oportebit quod superficies illa secundum quam est contactus unius corporis secundum quam attingit tota alterius secundum quam est contactus alterius. Quare ille due superficies simul erunt. Sic ergo se contingentia sunt illa superficies simul corpora de necessitate habebunt illa simul.

Deinde cum dicit Medium autem ostendit quid est medium per comparationem ad motum, cum medium in facere ad continuitatem et ad contrarietatem motus, ideo est sic quia prius ostendit quid est medium. Secundo ostendit quod ex parte medii accidit continuitas. Tertio quod accidit sit contrarietas in ipso medio, ibi Contingere autem non. Dicit ergo quod est medium in quod mutans natum mutare sic motum prius est aptum natum attingere, nam mutans continue secundum naturam, id est secundum naturalem mutationem, prius mutat in medium quam in ultimum. Addit autem quod medium est in minimo in tribus, non enim potest intelligi medium nisi intelligantur extrema, dicit quod unum medium videtur ad quod ultimum quod non est contrarium secundum locum est contrarium in quod mutans ultima mutat et quod maxime distat.

Deinde cum dicit continue autem motus, quia secat intentionem de continue quando ex medio spatio accipitur continuitas. Continua intercisio in spatio medio, dum tamen non sit intercisio temporis, non tollit continuitatem motus, autem quod continue movetur quod nihil aut paucissimum deficit rei, id est de continuitate spacii, non temporis. Posuit enim exemplum, quod si aliquis in via ponat lapides non se tangentes, dum tamen illi lapides non multum distent ad invicem, potest aliquis movere super eos continue, nam licet ibi sit quedam intercisio spacii, secundum quod movetur non tamen discontinuatur motus, si non discontinuatur tempore. Et non prohibet dissilitio rei non temporis esse motum continuum. Videmus enim quod sonantem post parhypatem, id est post primam cordam, contingit sonare ultimam absque eo quod discontinuatur motus manus; potest sonare primam cordam et postea sonare ultimam absque eo quod sonet cordas inter medias. Licet ergo discontinuo non discontinuabitur motus quia non est temporis sed rei. Ideo videtur quod hic est rei in quo movetur, et secundum quam est motus. Continua cum in hiis que fiunt secundum locum quam in aliis mutationibus, ut in tactu cordarum potest esse continuitas temporis, si sit vel aliqua intercisio rei dum tamen non sit ibi intercisio temporis.

Deinde cum dicit Contrarium autem, quia dixit motum fieri in contrarium de contrario et contrarietas dicitur quedam distantia, ostendit quo talis distantia est accipienda, dicens quod contrarium secundum locum recte secundum motum localem plurimum distans, id est plurima et maxima distantia in talibus accipienda est ut in recta, medium autem, id est minima, quod fit et quod sit minimum dicere esse. Ideo autem quod linea recta dicitur esse minima, quia inter duo puncta non potest protrahi linea recta brevius sit recta. Rursus linea dicitur esse recta quia inter duo aliqua puncta non potest protrahi linea recta nisi una, recta autem cum si sit circularis linee inter duo puncta possunt protrahi infinite. Si ergo linea per quam medium mensura quia dicitur esse quod fit et quod minimum singulis mensurare distan- [illegible] -tia contrariorum localium debeat

nulla distantia continuare secundum lineam rectam non secundum curvam.

Deinde cum dicit. omnis. ostendit quid sit esse consequenter. dicit quod consequenter
est cum sit ad solum post principium aut positione sit consequenter aut specie sic-
ut numerus est post unum sic et ternarius est post binarium aut quocumque alio
modo ordinis ita tamen quod que sunt consequenter dicuntur esse deinceps sicut de-
claratorum quod inter ea nullum est medium eorum que sunt in eodem genere et
cuius est consequens duo ut linee linee esse consequens sicut quod sunt linee non
linee cadunt medie inter eas aut unitas alicuius est consequens unitati
sicut quod sunt unitates non cadit una alia media inter eas aut
una domus consequens est alterius domui similiter inter illas non cadit aliqua domus
media tamen non prohibetur esse aliquid aliud medium. dato enim quod inter duas
domos essent arbores vel aliquid aliud tamen non obstante esset domus
tali inter medio dicetur una domus esse consequens alteri. Videtur autem quod
consequens alicui est et illi est quod consequens aut esse ad posterius. prius
enim non est consequens posteriori sed econverso ideo ait quod unum non est consequens
duobus nec nova luna est consequens secunde lune .i. lune consequenter
se habet consequenter illis. Econtra dualitas est consequens unitati et secunda
lune est consequens priori. Deinde cum dicit. habitum autem. ostendit quid est esse habi-
tum. Et quod dicit sicut quod prius sicut quod deinde est. secundo quia fecerat mentionem de
medio et de oppositis ostendit que opposita habent medium et que non. dicit quod habitum est
quod est consequens cum tangit. cum habitum sit species eius quod est consequens nam si
aliqua se tangunt similiter non oportet tamen inter ea sit medium eiusdem generis dicitur
esse consequens. sed additur quod dicuntur esse aliqua habita quia se contingunt.

Deinde cum dicit. quoniam autem omnis. ostendit inter que opposita est medium et inter que non.
dicit quod omne medium est in oppositis .i. secundum opposita. oppositorum autem quedam sunt
contraria et quedam sunt secundum contradictionem. Contradictionis autem non est medium. medium est quod si
medium est in aliquibus oppositis quod est in contrariis. Deinde cum dicit. quoniam
autem est. ostendit quid est continuum. dicit quod continuum est additum habito. sicut enim habitum erat species
eius quod est esse consequens sic continuum est species eius quod est habitum esse. ostendit quod continuum
supra. addit super esse habitum. dicit quod continuum esse dicitur cum fiat unum et idem terminus
utriusque eorum que tangunt unde sit et nomen sicut significat. continuatur enim dicitur
quasi continetur. Inde sunt continua que sibi se tenent et que continentur in uno quod
hoc autem esse non potest cum sint duo ultima. oportet quod continua habeant ultima
unum alterum enim non se continet nisi se tenet adinvicem. hoc quod de-
claratio quod continua habent ultimum unum manifestum est quod in hiis que est esse continuum ex quibus
est aptum natum fieri adinvicem secundum contactum sicut quod sit aliquid unum continuum
sicut totum vel erit unum ut per elevationem que adnascitur fo-
lium sicut continuatur ramo cui est adnatum aut aliquo alio modo.

Nota

Ostendit autem quod consequens habitum et continuum se habent per ordinem. ad enim quod
aliqua sint consequentia duo requiruntur primo quia sit ordo prioris et poste-
rioris. secundo quia est consequens dicitur ad quod est posterius esse quia se habent tamquam
prius et tamquam primum. secundo oportet quod sit sicut ordo prioris et posterioris
quod est inter ipsum prius et posterius non cadit medium eiusdem generis. sed
additur quod aliqua sint habita vel additur quod sint contigua plus requiritur quia
non solum quod inter ea non sit medium eiusdem generis oportet quod ista adeo
appropinquata quod se tangant. ulterius additur quod sint continua plus requiritur
quia oportet quod sic se tangant quod habeant ultima simul. Deinde cum
dicit. manifestum autem quod primum quando. posterius ostendit quid est medium et quod continuum et quod
contacta talia sunt in quibus talia esse habent. Adiecto tamen quod est

precedentia que dicta fuerunt intenta .i. per prius alia fuerunt adducta ad
ostensionem aliorum utpote de consequenti et de habito et de continuo intendebat .i. prius
declarare nam horum cognitio maxime deservire videtur ad cognoscendam
infinitatem motus de medio quidem et de separato et de tangente et de simul declara-
vit quia cognitio horum deservit ad cognitionem eorum que sunt consequentia et que sunt
habita et continua. quia secundo de hiis intendebat .i. prius. ideo ostendit in quibus ta-
lia habent esse. Et hoc autem est secundum quia ostendit quod esse consequens est in pluribus quam
esse habitum. secundo declarat quod esse habitum est in pluribus quam esse continuum. est ex hiis
que dixerat dat differentiam inter unitatem et punctum. secunda ibi et si continuum est. tertia quia si
est unitas. dicit ergo quod manifestum est quod consequens est prius precedit omnia alia. est enim
esse consequens prius quam esse contactum vel quam esse habitum. ideo videtur quod contac-
tum .i. quod habitum vel quod est continuum necesse est esse consequens sed non convertitur. econtra quod
est consequens non oportet esse tangens .i. esse habitum vel contactum. unde esse est consequens
in prioribus ratione sicut in numeris que sunt priora secundum rationem quam continua tac-
tum autem non est in numeris sed in continuis solum. Ostendit autem quod hoc accipitur prius
pro eo a quo non convertitur consequentia. cum enim ratione contactum vel habitum sit
consequens et econverso. sed quod esse consequens sit prius et sit prius quam esse contactum. ex-
hoc autem apparet in quibus habet esse contactum quia habet esse in pluribus quam esse contac-
tum quod habet esse tamen in continuis quam in numeris et sic habet esse in prioribus secundum
rationem quia numeri secundum rationem sunt priores continuis. Deinde cum dicit et si continuum
sit prior est. videtur quod non. quia numerus causatur ex divisione continui ut
probatum fuit in tertio. Sed est effectus et posterior sua causa. Dicendum quod u-
nitas est prior puncto cum punctum se habeat per additionem ad unitatem
quia addit super se situm et positionem quia oportet quod quantitas discreta vel
rationis numerus cuius principium est unitas prior est quam quantitas continua cuius principium
est punctus immo quia numerus cum ipso unitates colligit sicut ratio unius prece-
dit rationem utriusque oportet quod ratio unius precedat rationem continui hoc est
quod similiter .i. quod per actum ex collectione unitatum quod autem causatur ex
divisione continui hoc ideo est quia diviso continuo resultant ibi plures unitates.
Ex hoc autem non debet argui continuum esse prius numero. Econtra sicut
numerus .i. per actum causatur ex divisione continui sic et continuum causari potest
ex coniunctione numerorum vel ex numeris. sicut enim deductis continuis datur numerus sic
si numerata coniungantur vel clavo vel collo vel aliquo alio resultaret
vere continuum. Deinde cum dicit. et si continuum. ostendit in quibus debet esse contactum
enim esse continuum in paucioribus quam esse contactum. ideo ait quod si continuum est
necesse est tangere sed non convertitur. econtra si tangit non dicitur esse continuum.
non enim si ultima ipsorum tangentium sunt simul necesse est continuum esse unum
sed econverso si ultima sunt simul unum necesse est esse simul. ideo videtur quod insi-
tum .i. id quod insitum alteri per continuationem necesse est instrumentum per
continuationem quia necesse est supra tangere id cui insitum et tamen con-
tinuatur. Ergo si ultima essent adnata .i. essent et continua necesse est ea
tangere se contacta autem non omnia sunt adnata .i. non quecumque se ta-
gunt habent insitionem et continuitatem ideo videtur quod in quibus non est tac-
tus et in hiis non est contiguitas per se quod continuum per prius est
esse contactum et in pluribus esse contactum quam continuum. Ostendit autem quod inter
unitates contraria aut non omnia sunt adnata et est una eorum de-
inde dicte contacta aut utputa ex quarta ... et ex una continui.

Ostendit etiam quod aut in hiis est unitas secundum quem. nam cum continuum sit
species contacti et habiti. sicut non sit species eius quod est consequens et esse

continuum ut supra dicebatur ordo prioris et ulterioris quia in contac
to in quo sunt in continuo renuetur aliquid in tali ordine. Item quod
quod hic per consecutum et per adnatum intelligit aliud esse continuum quod sit u
num per quandam adunationem vel per ad contactum unde ubi nos habemus ad
adnatum habemus continuum hic adunatum et ubi nos habemus contactus in hic
contiguatio. Deinde cum dicit quod et a quod dixit continuum relinquere
et non contactum dat ex hoc differentiam inter unitatem et punctum unitates enim
non se tangunt sed possunt se habere continue. puncta autem non se habent
continue quia inter quelibet duo puncta cadit linea media et per consequens inter duo
puncta cadunt puncta infinita. puncta vero non se habent continue cum se
parata quedam talia dicuntur que possunt mathematice separata esse non potest
esse unitas et punctum esse idem. nam habens puncta quando in est cum quod
puncta sunt ratione contactus in unitatibus non est continuum idem debet esse u
nitas et punctus. quia si horum punctorum contingit esse continuum et medium non
medium est dualitatis et unitatis inter duas enim unitates componentes dualitatem
nulla unitas interiacet in medio. Deinde cum dicit quod non in
quod nihil dicit unitas a puncto nisi quod inter unitates non oportet
esse medium. inter puncta autem oportet nam si due linee contiguantur
cum contigua sint quorum simul sunt vel dare duo puncta inter que non ca
dit linea media. Ad quod si queratur utrum possint esse duo puncta simul
absque medio si accipiantur duo puncta in eadem continuitate et impossibile
assignare duo puncta sine linea media sed in non continuis non est in corporibus
assignare duas superficies sine corpore medio et duas lineas sine superficie media
et sic duo puncta sine linea media non possunt assignari imaginatione continui
sed in non continuis est ex ordine continui cause nisi accidit
punctis quod inveniantur duo puncta sine linea media quia puncta ipsa
non habent habitudinem ad quantitatem discretam et ad quantitatem non continuam.
Sed quod possint reperiri unitates inter quas non cadit ad medium
hic non est ipse. sed tamen habet unitates ipse habent unitates admixte ipse
petit unitates quod possint reperiri sine medio cum in ipso nullo sit
vel possint aliqua unitates inter quas non cadit ad medium si accipiatur
quod et ipse dimisso eo quod et per accidens bona erit differentia positum inter
puncta quia possunt ad medium non inter unitates. potest autem una
pars alia salvari. nam differentia quam assignat inter unitates et puncta
non assignat eam inter quo quoniam supra sed puncti habent esse sepa
ratum. scilicet non mathematica habent ipse esse separatum a nullis potest dare
unitates inter quas non cadit ad medium sed hic posito nullo modo
ipse et per accidens esset dare duo puncta inter que non cadet linea media.
nam ut ut diximus in principio et ut ait in hoc quarto magnitudines mathematice
si sint contigue sunt continue. et si habent ultima simul habent ultima unum.
ultima enim magnitudinum non possunt distingui ex aliqua re
horum in quibus existunt. sed solum distinguntur ex ultimitate sui. cum
ergo ultima talium magnitudinum sint simul et non distinguntur ex ultimi
tate sui se quod tollatur in eis omnis distinctio et quod fiant unum
propter quod in magnitudine continua non possunt dare duo puncta sine linea
media quia si talia habent esse separatum nullo modo nisi per se nisi per accidens
esset ibi signare duo puncta sine linea media. Ultimo exponit esse
deinceps quod quod est simul et quod est ex quo separatum et quod tangere
et quod medium et quod continuum et quod habitum et quod continuum et qualiter unum quodque

et in quo sunt unumquodque horum iam est dictum est.
Omnis autem motus dicitur et cetera. Impletur ut dictum debet.
phus de unitate motus esse quod dicit quia secundum omne quod motus
dicitur motus unus. Secundo assignat rationem eorum que dixerat vel quia autem
continuus motus unus dicitur tripliciter genere specie et numero. esse hic quod est quia secundum
omne quod unus motus genere. Secundo quod unus specie. Tertio quod unus
numero. Secunda ibi specie autem unus. Tertia ibi numero autem unus. dicit ergo quod motus dicitur unus
multipliciter nam motus dicitur unus genere specie et numero. genere quod est motus
secundum quod unus genere predicamenti. omnis enim iste motus per se accidit unum predicamentum
continuus genere localis enim motus est una genere est loci mutationem. sed
alteratio est altera genere a loci mutatione quia per alterationem et loci
mutationem non accidit idem predicamentum sed per alterationem accidit qualitas
tas per loci mutationem ubi. Deinde cum dicit quod si motus est in
eodem genere eum rebus ad quas est motus sic ex hoc arguitur quod diversi
si motus sunt eiusdem generis si per eos accidit motus idem predicamentum sic
non quod possunt contingere eundem motum esse in diversis generibus
similiter accipientes res diversorum predicamentorum et motus localis
in genere quantitatis et ubi et situs per motum enim localem accidit locus
quod est in genere quantitatis et secundum per ipsum accidit ordo partium in loco quod
est predicamentum situs per ipsum et motum accidit ipsum ubi. erit ergo idem
motus in triplici genere quod non videtur inconveniens. Ad quod res
non sunt specierum et eo quod est per accidens et ex consequenti sed et eo quod
est per se et per se et ex motu autem locali ut supra dicebatur per se et
primo accidit ubi ex consequenti accidit locus et ordo partium in loco.
dicimus ergo motus non sunt specierum ex loco aliquo ex quantitate sit. sed
ex ubi erit ergo solum in genere ubi non autem erit in genere
quantitatis vel in genere situs. Deinde cum dicit specie autem unus. docet
de motu quod est unus specie. esse quod est quia si omne quod motus est
unus secundum speciem specierum. Secundo dicit quod est unus secundum speciem subalternam.
Tertio mouet quandam dubitationem esse per eam. Secunda ibi sicut autem sunt. Tertia ibi dubi
tabit autem aliquis. dicit ergo quod specie et motus unus cum est unus genere et cum
sit unus secundum ordinariam speciem ex hoc patet quod sequitur de unitate motus
secundum speciem specialissimam quia sola illa est individua ad ostendendum quod de
tali motu videtur quod colores qui sunt infra species et infra
differentie quia sic est ita quod ergo erit alius motus species denigratio et deal
batio sed omnis dealbatio idem erit secundum speciem cuilibet dealbationi et deni
gratio omni denigrationi. sed denigratio non alia erit unum
species album in dealbatione solum est unum specie dealbatio
dealbationi. Deinde cum dicit sicut autem quedam. ostendit quod mo
tus est unus secundum speciem subalternam dicit quod sicut sunt quedam que sunt species
et species et sunt species subalterne multis est quod secundum talia motus erit
unum secundum speciem subalternam. sicut autem hic motus non erit unum
speciei ut dealbatio que est motus in colorem est unus motus specie sub
alterna sed non specialissima non videtur sicut scientia que supra predicamentum
est species albedinis vel virtutis sicut est generis aliarum scientiarum.
Secundo autem quod sic motus est idem cum rebus ad quas est motus sic
est in eadem specie erit que accidit per motum illum. omnis ergo motus per se
accidit unum predicamentum sit unius generis. sed unitas in quo ac
cidit una species specialissima sit unius speciei specialissime. omnis ergo motus

per quos acquiritur species subalterna sicut unum per speciem subalternam. omnis
ergo alteratio omni alterationi est unum genere: contrarietas quam acquirit per altera-
tionem nominat unum genus. omnis ergo dealbatio omni dealbationi est unus
motus secundum speciem specialissimam quia albedo quam acquirit per talem motum nomi-
nat speciem specialissimam. omnis autem doctrinatio omni doctrinationi est unus motus
secundum speciem subalternam quia scientia quam acquiritur per talem motum non est
species specialissima. est enim species et genus quia est species et cognitio. est enim scientia
cognitio non quaelibet sed cognitio per causam sicut cognitio certa. est enim scientia
genus ad grammaticam dialecticam et ad ceteras alias scientias. ¶ Deinde cum dicit
dubitabit autem aliquis. movet quandam questionem ex praedictis. et est quod dicit quia prius
movet hic questionem. secundo solvit eam ibi: aut determinatum. dicit ergo quod dubi-
tabit autem aliquis si semper sit unus motus specie si ad invicem excedit in
idem utputa si unum punctum vel aliquod aliud invicem movetur ex hoc loco
huius. et iterum mutatur excedit in eundem locum utrum talis motus sit
semper idem specie. dicit quod non. quia si hoc esset tunc circulatio esset idem specie rectam
id est motui recto. et volutio id est motus sphaericus esset idem ambulationi recte.
¶ Secundo quod cum ab eodem loco ad alium eundem locum possit aliquis ire per cir-
culum et rectum. si motus ab eodem loco in alium eundem locum semper
esset idem specie sequeretur quod motus contrarii … non differunt specie.
¶ Secundo autem quia hoc quod hic ostensum ex praedictis. supponebamus enim supra quod de-
albatio semper esset idem specie cum dealbatione quia albedo quam acquirit per tale
motum nominat unam speciem. ergo si per duos motus locales semper ac-
quiritur idem terminus et idem ubi dato quod unus illorum motuum sit rectus alius
circularis quia non est curvum in rectum ut peripheria et archus vel quod
illi duo motus sunt unius speciei. ¶ Deinde cum dicit aut determinatum est
solvit. dicit quod quia est determinatum id est distinctum et divisum idem specie sicut
motus est hic specie specie motus est quando et motus in quo est motus si al-
terum est hic specie specie motus est quando et motus est alter specie. declarare ergo a-
liud est alterum specie quia licet hii duo motus possint esse ad eundem ordi-
nem non tamen possunt esse per eandem lineam vel per idem spatium. subdit autem
id est per modum epilogi quia motus ergo quod est unus specie et genere sit sicut dic-
tum est ¶ Dubitabit aliquis quia motus semper in albedine est idem specie motus
autem in idem ubi non est semper quia dato quod eundo per rectam lineam et circu-
larem acquiritur ubi non erit motus specie idem. quia recta et circulatio
differunt specie. ¶ Ad quod dicendum quod non est motus in aliquo genere ubi non est aliquo
modo contrarietas vel est contrarietas autem vel in aliqua distantia quia con-
trarietas distantiam presupponit. si ergo iste motus dependet ex
contrarietate et contrarietas ex distantia loci est de ipso motu sicut
loquimur de distantia cum qualitate. autem est distantia quantum ad formas tamen
in ubi est non distantia ratione per unum spatium non ergo esse contrarie dispositio-
nes manent habent ordinem secundum situm ad formam quia pars
loci semper ab eadem forma est idem esse aut albedo dat semper albedini esse sed idem
esse sit punctuale sed possit intendi et remitti vel eidem forme per
se loci semper ab eadem forme eedem dispositiones possunt intendi et re-
mitti et esse magis et minus sicut intendi et remitti esse ipsi
forme in spatio. in spatio autem non sit. nam partes spatii non
habent hoc modo ordinem situm ab ipso termino. quia ab eodem termino
ad eundem terminum per diversa spatia et per diversas lineas potest pervenire
ad ut ab uno et eodem puncto ad aliud potest aliquis ire per diversa

distantia et diversitas linearum ut peripheria et archus. quia ergo in talibus est alia
et alia distantia erit alia et alia contrarietas et per consequens alius et alius mo-
tus in specie. dicamus ergo quod cum in ubi non sit contrarietas secundum rem sit
per comparationem ad motum et per comparationem ad spatium quantumcumque sit idem ubi
quod per motum acquiritur si non acquiritur per idem spatium non oportet quod sit idem motus
specie immo ut spectat ad ipsos acquirere idem ubi per spatia rectum et cir-
culare magis est acquirere diversum ubi quam idem. in qualitatibus non est contrarie-
tas non solum per comparationem ad motum sed secundum se esse. nam et si in hiis for-
mis sit in hiis qualitatibus est contrarietas secundum esse quod habent in intellectu non tollit
quin in eis sit contrarietas. nam et si similes forme si non differunt per
comparationem ad motum. sed magis motus differunt ut habent habitudinem ad il-
las propter quod habent contrarietatem secundum motum non sit habere contrarietatem secundum se
tamen quia similes forme differunt secundum esse quod habent in intellectu habere contrarietatem
secundum tale esse non tollit habere contrarietatem secundum se. quia ubi deinde est quod inquantum huiusmodi
est contrarietas secundum se per in ubi non est contrarietas per comparationem ad spatia. quo-
cienscumque ergo acquiritur eadem qualitas specie erit idem motus specie quia in
talibus contrarietas et species et motus inveniendi sunt ex qualitatibus secundum se
sed quod acquiritur idem ubi non semper erit idem motus specie si acquiritur idem motus
quia motus non sumunt speciem ad ubi secundum se ut contrarietas in ubi ac-
cipitur secundum se. sed sumunt sibi talia per comparationem ad spatium ¶ Deinde
cum dicit simpliciter autem. ostendit quando aliquis est unus motus numero. et est quod dicit quia
prius facit quod dictum est. secundo movet quandam questionem circa praedicta ibi. sole-
te (?) secundum alterationem. et prius dicit quia prius ostendit quod est requiritur ad unum motum
simpliciter. secundo declarat quomodo accidit esse ypodempnitas (?) in illis rebus ibi. simpliciter
autem unum in omnibus. dicit ergo quod simpliciter est unus motus ille qui substantia id est se-
cundum substantiam et secundum naturam suam sit secundum id quod est unus numero. quis sit autem
hic motus unus manifestum est dividentibus id est distinguentibus ea quae requiruntur ad motum. sunt enim
secundum numerum tria quae … dicimus motum unum. sunt enim quod movetur id est
mobile in quo movetur id est res acquisita per motum et quando movetur id est tempus. Id
subdit dicit autem quod mobile quod movetur necesse est … quod movetur id est idem mobile
necesse est moveri in aliquo ut in loco aut in passione aut in
aliqua re acquisita per motum et hoc mobile necesse est moveri quando quia oportet
mobile moveri in tempore. subdit autem quod horum trium id est de numero horum trium
in quo movetur est reperire unum genere vel specie id est secundum contrarietatem. ¶ Secundo autem quod tempore
est omnino continuum. diversitas ergo in tempore non accipitur quod sit … sit
plura tempora specie vel genere sed accipitur hic diversitas secundum quandam interpola-
tionem et discontinuationem. potest enim accipi duo tempora distantia et non
se habentia continue. unitas in tempore accidentaliter est secundum esse habitum id est secundum esse
continuum id est potest una pars temporis immediate et continue coniungi alteri parti.
ut ergo plus clareret dictum inter unitatem rei ad quam sit motus et
unitatem temporis ait quod invenire ad quem sit motus quid est de numero istorum
trium que requiruntur ad unitatem temporis motus potest accipi unitas secundum genus
et secundum speciem et secundum numerum. sed in tempore est accidentaliter unitas solum secundum esse habi-
tum id est secundum esse continuum. id est potest una pars temporis continue connecti alteri parti.
¶ Deinde cum dicit simpliciter autem horum. ostendit quando in motu est unitas
simpliciter et ypodempnitas (?) illorum. dicit ergo quod simpliciter autem accipitur unitas
in motu. In omnibus huiusmodi tribus et utique in aquo est motus debet
esse unum et indivisibile ut puta esse unam speciem et unam formam ad
quam est motus ad hoc quod sit motus unus ¶ Paucitas ipsum quod (?)

et ipsum tempus debet esse unum et non deficiens et etiam debet esse quod mobile sit unum numero non per accidens. Nam si idem sit corpus et album ut homo esse album dimissum tempore et nigrum ut alia ipsum corpus colorem competit ei ambulare non tamen quia sic ambulare et dealbari erunt non habebunt idem subiectum nisi per accidens. Consequenter est quod coloratum et album non proprie sed per accidens. Rursus subiectum non debet esse quod continue sed debet esse quod indivisum quia sufficeret ad unitatem motus simpliciter unitas mobilis secundum speciem vel secundum esse continue esset. Contingeret omnes homines sic sanari secundum eandem sanitatem ut contalmie id est ad obtalmiam sic ab eodem numero oculorum. Sed tamen sic motus non esset unus simpliciter sed unus specie. ¶ Sed quia videtur quod sit motus simpliciter duo requiruntur ex parte mobilis. Primo quod sit unum per se. Secundo quod sit unum secundum esse individuale. Consequenter si in eodem tempore et abeat infirmitas sanans Sortes et Plato sanatio utriusque non esset unus motus simpliciter. Nam si Sortes et Plato sunt unum mobile secundum esse continue quod utrumque habet non tamen sunt unum secundum esse individuale quod unitas mobilis secundum esse continue sufficeret ad unitatem motus simpliciter sequeretur quod sanatio illa esset unus motus simpliciter quod falsum est. ¶ Deinde cum dicit Sortem secundum alterationem. Movet quandam questionem esse pertractata(?) esse quod est sed quia per motum dictam questionem et solvit eam apparenter. Secundo movet questionem annexam illi. Primo declarat veritatem questionis. Patet. Deinde cum dicit dubitabit autem eadem numero est. Dicit ergo quod Sortem alterari secundum eandem alterationem specie ut puta si sanetur obtalmia et hoc alio tempore et iterum in tempore sequenti [?]rit post sed erit quod utrumque sanatio sit idem motus simpliciter et idem motus numero. Solvit hanc questionem apparenter dicens quod si quod secundum est corrupta sic tunc unum numero erit et hic motus numero. Si non secundum quod est corrupta non eadem numero non erit tamen unus motus numero erit ergo [?]mus solutionis quod sanitas corrupta est erit eadem numero et sanatio vero iterata erit idem motus numero et quod deinde est declaratio sanationis intellectus(?) detectus formis vel motuum per quos inducitur. ¶ Dubitabit si aliquis utrum sanitas corrupta redeat eadem numero. ¶ Dicit quod hec questio solvitur physice esse sine secundum de generatione ubi vult quod quorumcumque substantia deperit non redeunt eodem numero. Solutio enim cum aliquod accidens redit ad eadem quia sibi ipsi deperit redit idem numero. Sed ergo in motu ad ubi secundum quem motum non potest substantia posset esse reditus eiusdem numero. In motu tamen ad formam secundum quem substantia formam corrumpitur non potest esse reditus eiusdem numero. Si igitur quis mittat albedinem quia ipsa esse albedinem quam inanem(?) facit sibi amissione. Sed postea iterum dealbatur non redit eadem albedo numero. Sic et si quis amissa esse sanitatis iterum resanaretur non redibit eadem sanitas numero. Hoc autem et sibi videtur est habet tamen dubium quia non est omnisio tamen non potest esse reditus eadem numero. ¶ Item quod dixerunt quidam quod per se diversum entis et non entis secundum corpus quod formam quiescat in potentia materie non est autem forma de novo inducta est et illa non sunt eadem numero. Hoc primo dicit perit quia primo perit quod est in principio ex hoc primo est quando primo cessit in potentiam et sunt non ens possit redire eadem numero et esse ens secundo ergo tali reditu non erit vel diversum entis ad non ens si dicitur quod forma illa que cessit et est ens quod si ponatur iterum non redisse nec est ens perit quod est in principio

et supponitur quod debet probari. Aliquid non ens secundum quod hic non est per se in genere. Sed quocienscumque aliquid sit sic hoc quod unum est per se in genere et non quod illa ad eandem permanere non possunt. Si ergo inter formam primo introductam et formam iteratam velle assignare differentiam que est non entis ad ens diceremus quod hic formam non solum non rediret eodem numero sed etiam non rediret eadem specie contra oppositum non declarat philosophus secundo esse sine de generatione ubi vult quod que substantia corrumpitur sed non redeunt eodem numero redeunt tamen eadem specie. Dicitur autem quod forma iterum formam est non repugnat quin possit redire eodem numero ut patebit in fine lectionis huius tamen quod hic forme si cedat in potentiam materie et postea redeant quia non redeunt nisi per transmutationem et motum. Oportet quod motus ille qui est materia formam per quem inducitur forma ad aliquem motum imponat ipsi forme per quod in motus uniretur non sit idem numero sed idem specie forme iterum inducta per talem motum non erit eadem numero sed eadem specie. Dicitur ergo quod intentio philosophi est quod forma corrupta non redit eodem numero redit tamen eadem specie quia forma prius corrupta habet esse non differt specie a forma introducta sed numero vero autem quia materia non redeunt eadem numero quia introducuntur per motum idem numero esse non potest. ¶ Deinde cum dicit Habet autem dubitationem. Movet quandam questionem annexam per quam roboratur quod prius dictum est. Dicit quod hoc dubitationem similem huic id est similem dubitationi premisse videlicet utrum sit una sanitas numero in toto tempore in quo durat. Et etiam utrum eadem habitus et passiones subiecti sint idem numero quamdiu durant. Videtur quod non quia namque habet actionem que sunt in corporibus nostris moventur et esse fluenta sicut ipsa materia id est sicut ipsa substantia nostri moventur et esse superfluenta. Propter quod ergo contrariorum fluxum non videtur talia remanere eodem numero quod si tamen quod diceret una et eadem quantitas que fuit diluculo id est in mane et que est nunc id est in meridie et in sero. Quia tamen non aliquis deficiens a sanitate iterum accipiat sanitatem sed illa sanitas non erit eadem numero quod dictum est. Quod si sanitas existens in continuo fluxu et continua transmutatione potest esse eadem numero ergo pari ratione sanitas per transmutationem amissa et iterum per transmutationem recuperata poterit esse eadem numero. Consequenter ergo procedens vero per hanc questionem sequitur quod si sanitas iterata potest esse eadem forma et idem sanitas numero sanatio iterata poterit esse eadem forma et idem habitus numero. Sanatio alterata poterit esse eadem alteratio et idem motus numero. ¶ Dubitabit si aliquis utrum in toto tempore quo durat sanitas sit eadem numero videtur quod non quia sic diversitas specierum sumitur ex alia et alia ratione quando sicut diversa mineralia sunt ex alio et alio esse. Sic ergo immissa caro que ad mixtionem dedit et nunc in eodem statu non permanet sed est in continuo fluxu videtur quod quecumque sanitas et quecumque caro sit sic substantia et alio esse quia semper erit alia et alia numero sanitas. ¶ Dicendum quod ex alia ratione quantitatis essentie sanitas differt secundum formam et speciem et ex alio et alio esse sanitas diversitas materialis habet tamen esse in omnibus formis non oportet esse perpetuale sed in animalibus habet latitudinem magnam quia intenditur et remittitur. Habet ergo esse cum tota sui latitudine continue differt uniformiter numero. Non ergo talem esse interrumpetur quamvis

variare per intercisionem et remissionem non tollit unitatem motus al-
teris forte quod sit dicendum. motus alterationis forte habet maiorem dubitationem in
hiis que suscipiunt intercisionem et remissionem quam in hiis que habent
esse punctuale et maior dubitationem habet in sanitate quam que semper in natura
et suo esse habet tamen variationem ut dictum est non tollit unitatem motus
qualem ipsius forme simpliciter non esset tanta variatio que interrumperet ipsum esse
et quod ulterius non posset stare ipsa forma. Deinde cum dicit eadem
enim ideo. solvit ad quintam sed non solvit ad quartam forte quia hec
que non sunt consideranda naturalis metas non physice. Solvit autem ad quartam
permanentia. Concluditur sic. dictum est enim quod si est una forma variata que est unus
motus eadem enim non est ut videtur de forma et de motu non quod intendit
quod si sint duo motus ut motus secundum fecis et motus secundo fecis. si hii duo
motus sint idem numero et hinc necesse quod sit unus et idem. Unus enim ac-
tus et motus unus numero facit quod hic sit unus numero. Sed si forma
sit una fortassis non talis videtur actus unus esse. Duo enim motus
numero possunt esse ad eandem tamen numero. nam cum paulatim ambulat unum
secundum ambulationem autem eo ambulante erit ambulatio. Sed hec ambulatio
et illa non erit una numero. nam cum iste motus sit corruptus et iterum
motus tamen fecis non est unus et idem numero, sed non unus et idem corruptum
et esse multotiens. Due enim ambulationes inter quas erit quies et
pausatio in medio non sunt una ambulatio numero possunt
ille due ambulationes ordinari ad unum finale tamen. sic
duo motus possunt ordinari ad unam formam numero. non ergo
oportet quod si sanitas vel aliqua alia forma sit aliqua alia huius
sit una et idem numero quod motus sit unus numero propter quod soluta est
questio permanentia. Ista cum querit utrum forma idem et iterum sanatus a causa
tempore sanetur eadem sanatione numero. patet quod non. nam dato quod eadem
due sanationes ordinentur ad eandem sanitatem numero non tamen
oportet quod ille due sanationes essent idem numero et motus sit unus
numero. Ultimo premissorum epylogat. quod hec quidem dubita-
tiones que sunt extra inceptionem excedunt. enim talia aliquo modo esse
similes magis quam declarare de uno et de multo secundum quod sunt dif-
ferentie entis et declarare declaratis puta continuum unitatem et multitudinem
magis spectat ad metaphysicam et ad universalem. Dubitatur utrum
motus iteratus ita quod inde et a tempore sit possit esse idem numero.
Videtur quod unitas motus alterius repugnat motui iterato et alterius
forme iterate. nam alie sunt permanentia alie successiva. nam unitas
et esse permanentium et esse et unitas successivorum est continuum et ordinem par-
tium ita quod pars idem continuatur. continuationis non est de ratione permanentium.
Si enim aer unit corruptus non posset redire eadem forma
aeris numero in eadem materia in quantum fuit prius et si sic esset idem aer
numero non obstante quod esse suum fuit interruptum. de ratione successivorum est quod
continuitas eorum quod motus est interruptus quia discontinuatus est
non potest esse idem numero discontinuatum ergo per se et per se repugnat unitati suc-
cessivorum quia de ratione unitatis est eorum continuitas. Sed hiis contra per
se et per se non potest repugnare unitati permanentium ut unitati forme vel
unitati ipsius continui quia de ratione unitatis talium non est continuitas.
Si ergo talia iterata non redeunt eadem numero ut si aer corruptus
non redit idem numero vel si corrupta est forma non redit eadem numero

hoc est extra talia magis continuantur per motum cum motus iteratus
non possit esse idem numero talia iterata non redeunt eadem numero. extra hoc
ergo apparet veritas declarata a philosopho videlicet quod dato quod esset unus
numero motus esset una forma. Sed non econverso si una forma quod sit unus mo-
tus. nam cum ad aperit alicui post quies autem ex[...] secundum et alio
aliud per prius non ipsi per alterum ut dicit post posterior non si vero ab
hiis quibus ex[...] quod moveatur ab eodem cum aperit post discontinuata
autem secundum tempore non esse eandem numero per se. et primo aperit successiva. si autem
hoc aperiat permanentibus. hoc est prout talia accipiunt esse per successionem et
motum dato ergo quod forma vel alia permanentia habita ordine ad mo-
tum discontinuatum essent eadem numero quia discontinuatio per se et per se repug-
nat unitati successivorum propter quod dato quod permanentia discontinuata in suo esse
essent eadem numero non oportet quod successiva sit discontinuata sic essent eadem
quia hec discontinuatio que sic repugnat permanentibus successivis. Ulterius forte
dubitabis. dato quod motus discontinuatus non possit esse idem numero, utrum
implicet contradictionem motum discontinuatum esse eundem numero, et utrum aliquod
agens sit talis potentie quod possit facere quod motus redeat idem numero vel quod
motus discontinuatus sit idem numero. Dicendum quod sicut est in continuis permanentibus sic
suo modo est in continuis successivis. Si enim post continuum permanens ut puta aqua
sit separare in suas partes, partes autem ille separate adinvicem ita
quod esset aliqua distantia et aliquod spatium inter eas. Si aliquod agens esset
illius potentie quod posset illas sic distantes coniungere oportet quod partes coniuncte
adinvicem quod non esset distantia inter eas quia manentibus partibus sic
distantibus et distantibus eas continuari est impossibile assimilari. ergo si aliquis ambulans
paulatim et cessat per motum tamen ambulare incipiat iterum ambula-
tionem primam et iterum interpositum est quoddam spatium temporis. si ergo una de-
beret continuari alteri oportet quod una coniungatur alteri sublato illo tempore medio. Sed tempore
posito in medio non potest removeri et per consequens partes motus discontinui
non possunt continuari nisi fieret quod preteritum non esset preteritum. cum ergo hoc sit
omnino impossibile motum discontinuum redeat idem numero nisi fieret quod tempus re-
diret idem numero et quod illud preteritum non esset preteritum. cum ergo hoc sit
omnino impossibile motum discontinuatum redire idem numero nisi fieret quod tempus re-
diret idem numero et quod preteritum non esset preteritum. propter hoc si esset aliquod agens
quod posset agere sine continuatione et motu tale agens omnia permanentia
corrupta posset restaurare eadem numero. posset enim facere quod aer
corruptus rediret idem numero et quod homo corruptus rediret idem numero.
nam ut dicebatur quod talia non redeunt eadem numero. hoc non est quia de
ratione ipsorum sit continuitas sed quia talia accepta sit idem numero talia non
redeunt idem numero. Sed per agens corruptio quod per se est potentie terminum
rerum in esse producere quecumque permanentia quecumque sint corrupta
esse multum. Sed et motus habet quantitatem a tempore, quia cum in qualibet
parte temporis sit aliquid motus, si tempus est multum oportet multum
multum esse. Si ergo motus habet quantitatem tam a tempore quam a spacio,
oportet motum dividi tam divisione temporis quam spacii. Verumptamen hec
quantitas non est illa, sequitur quod non hec dico habet esse illa. Alia enim
est quantitas quam habet motus a spacio et alia est quantitas quam
habet motus a tempore, quia secundum diversum motus ad tardum contingit
transire magnum spacium in parvo tempore et parvum in magno.
Si enim transeatur magnum spacium in parvo tempore, ille motus
habebit maximam quantitatem respectu parvi. Magna quidem quantitas
erit et extensio eius prout habet quantitatem et extensionem a spacio,
parva quidem prout habet eam a tempore, quod esse non posset nisi alia
esset quantitas motus quam habet a tempore et alia quam habet
a spacio, et sic quantitas eius hec et hec. Aliud est dividere motum divisione
temporis et aliud divisione spacii. Ulterius forte dubitatur quia in-
conveniens esse dicere motum dividi secundum divisionem ipsius moventis cum
ipsum movens sit idem quod motus.

Dicendum quod hec motus habet
quantitatem et extensionem a spacio vel a mobili vel ab aliis
ut dictum est, tamen alia est quantitas motus et alia spacii vel
mobilis. Sicut hec albedo non habet extensionem nisi a superficie, tamen
alia est extensio albedinis et alia superficiei, quia partes
albedinis non sunt partes superficiei. Utroque quia ergo modo pos-
sit dici albedinem vel dividitur secundum extensionem super-
ficiei et ut dividitur secundum extensionem propriam, est enim aliquid in dividendo

huius. sicut albedo est extensio huius, dependet tamen dictio huius ab illa
sicut et extensio dependet ab extensione. albedo est non oportet quod albedine
esse magnam quia superficies in qua existit est magna et albedo
est oportet eam magnam quia extensio sua magna. sed non tamen
quod dicamus albedinem multam nisi superficies sit quia non est albedo
extensa nisi quia superficies extensa est. tamen sicut alie sunt partes al-
bedinis a partibus superficiei sic alia est extensio eius ab extensione
illius et quodammodo albedo est oportet dicimus albedinem per hanc extensionem per
se illa. quod ergo dictum est de extensione albedinis vel extensionis superficiei
intelligendum est de quantitate motus vel spacii. albedo est non quantitas
motus a quantitate illorum sicut et alie sunt partes motus a partibus
illorum. motus ergo non solum habet dici secundum quantitatem motus vel spacii
sed et habet dici secundum propriam quantitatem. dicit tamen hoc dicto ab illa sicut
dictum est albedo continuitas in corpore et in sua tamen quantitas non motus est quan-
titas motus causatur. sicut et quantitas spacii est quantitas motus
causatur. quantitas non temporis est quantitas motus secundum mensuram sicut
et quantitas ulne est quantitas panni mensurati per ulnam. quan-
titas non ipsius mobilis est quantitas motus propria. vult ergo philosophus dicere
quod motus dicitur secundum motum vel spacium secundum tempus et secundum mobile vel secundum
propriam quantitatem. [U]identur sed dubitationes quia non sibi philosophus
dicit. philosophus tetigit solum duos modos dictionis quibus dice-
bat dici motum scilicet dictione motus vel temporis. hoc autem tangit quo-
modo ut patet per primam. ut ergo sibi contradicit vel sicut dicimus
per hoc superficiem. [A]d quod motus ut supra dicebatur habet
quantitatem a tempore sicut mensura sed quantitas quam habet a mobili est quasi
sua. cum ergo omnis quantitas motus oportet quod sit sua vel sicut mensura
omnis quantitas motus quecumque sint iste ad has duas
reduci possunt. [I]dem tamen dicit accipiatur enim
tempus. probat quod dixerat esse quod dictum fuit quia prius omne quod dictum est conjuncta
tamen sibi. ad minus contradictum. hoc declarat quod sibi adinvicem huius
sunt et inseparate. et in ipso sit esse. esse quod est sunt eque
sint illa. secundum quod habet dici tempus motus. primo non omne quod motus dicitur
secundum tempus. hoc quod secundum mobile et per secundum spacium. secundo omne quod dicitur secundum mo-
bile secundum aliud. eodem autem modo et de sibi autem debilitas. quare com-
munia. dicit ergo quod accipiatur tempus in quo motus est quod sit
in quo a. et motus sit in quo b. si ergo motus motum est toti-
us in toto tempore per totum motum et in medio tempore primum motum
tum. et ipsum dico hoc medium tempus ubi scilicet motus in hoc in medio tempore
primum motum et sic semper cum generatur tempus generatur et
motus quod esse possit non dicitur motus dictione temporis.
addit autem quod cum tempus dicitur dictione motus. quod sibi si mo-
tus est divisibilis quod tempus est divisibile. sed per totum motum vadit in
omni tempore et per medium motum vadit in medio tempore et iterum per
medium motum in minori tempore quod esse non possit non dicitur
tempus sicut dicitur et motus. [I]dem tamen dicit eodem autem
modo omnem motum dividi secundum ipsum motum. esse quod dixit
secundum quod dicit omne continuum. sed autem et autem et ponitur. dicit ergo quod
eodem autem modo et ipsum mobile scilicet secundum ipsum mobile dividitur

super motus scilicet in quo est ipsum mobile. secundum ergo medium
motum scilicet secundum medium mobile minor erit motus quam in toto
mobili et iterum secundum medium scilicet secundum medium medii. ad hoc erit mi-
nor. et sic semper quanto minor erit ipsum mobile minor erit
tempus quod esse non possit nisi dicatur secundum dictionem ipsius mobilis.
[Q]uod autem quod accepit motum pro mobili quia idem est dicere motum secundum
mobile et dicere motum secundum ipsum scilicet secundum propriam quantitatem dicere non
motus secundum propriam quantitatem quia quanto maior est motus maior est
quantitas eius. et quanto minor minor. [I]dem tamen dicit
est autem ponere. adducit secundam rationem. est autem ponere scilicet ergo mo-
dum ponere ipsum mobile secundum utrumque motum scilicet secundum utramque partem
motus. quot non habet partes motus tot erunt partes ipsius
mobilis. et econverso ut si motus habet partes duas d c et c e. et
mobile habens duas partes et secundum d c erit unaque motus
et secundum c e alia. quare erit dicere quod totum mobile erit secundum totum
motum. si namque ad plus erit ipsum mobile secundum eundem et quod
mobile sit plus quam motus vel econverso. sicut diximus prius quantitatem
motum esse divisibilem in motus partium. vel in motus quod sunt partium motus.
accepto non ipso mobili secundum utrumque scilicet secundum utramque partem motus quantum
erit totum secundum ipsum mobile. et in hoc continuus erit motus
ipse et continuum erit unum quantum quemadmodum est continuum non unum
dicitur secundum dictionem alterius et econverso. patet ergo quod hoc non adducit
patet quod motus dicatur secundum dictionem mobilis vel quod econverso. ita quod sicut
prius ostendit quod motus dicatur secundum dictionem temporis et econverso. sic potest conti-
nuari hoc non quod in superiori ratione ostendit motum dici secundum dictionem
mobilis. hoc autem quod econverso. quocumque autem legatur non multum
variat propositum. [Q]uod autem quod qui superius expressit modum et
motus ostendebatur quod ostendebat partes motus partibus mobilis
correspondere et tamen esse motum et continuum esse mobile. multo magis
expressit ipsum mobile et ipsum mobile possumus arguere quod partes
mobilis videantur partibus alterius. quare si motus non supponat quan-
titatem mobilis non est multo magis non supponat quantitatem ipsius mobilis
in motu non supponat quantitatem propriam non est. [U]idetur ergo motus
propriam quantitatem et quantum se extendit motus tamen se extendit propria
quantitas et videbuntur partes motus partibus propriis quantitatis.
[I]dem tamen dicit. secundum autem eadem omnem motum dividere secundum dictionem spa-
cii vel secundum dictionem eius in quo est motus. quod sibi debilitas quod et
longitudo est divisibilis quia et spacium divisibile et omne id omne in quo
est mutatio est divisibile. patet quod quedam talia quod dicuntur secundum accidens
et quia super talia sunt divisibilia id motus est divisibilis. [Q]uod autem quod
dicit quedam in quibus est motus esse divisibilia secundum accidens quia
qualitates per accidens dicuntur tamen sicut in talibus potest
reperiri dico ita habet esse motus quia supra dico in motu intelligo esse
successivum et intelligo ibi esse acceptio partis post partem quia sine
dictione est non potest. [I]dem tamen dicit quod non mutari. ostendit
quod motus dicitur secundum dictionem motus scilicet quod non mutatur est divisibile et quia
motus est divisibilis id super motus dicitur uno non dico ordine di-
citur. quare ad dictionem motus sicut dico omnium aliorum. spacii ergo

cum loquitur de diuisione motus ait quod uno omnia diuisibilium quia diuiso motu et magnitudine diuisionis aliorum quia est ¶ Deinde cum dicit. et in ipso finita esse. omne quod talia non solum se consequitur secundum diuisionem motus sed et secundum finitatem et infinitatem .i. quod in ipso esse finita aut infinita .i. quantum ad ipsum esse finitatis et infinitatis. Et de hoc habetur de uno et de aliis. addit autem in quo maxime erit diuisio et infinitas .i. quod sequitur et sequitur maxime diuidi omnia et infinita esse ab ipso mutatur et ab ipso motu. ex eo .n. quod motus est quantum et diuisibile. recipit .n. spatium quantum et diuisibile et motus eius est quantus et motus in tempore quanto et diuisibili. id ait quod maior ipsi mutatur .i. ipsi motui in est esse diuisibile et esse quod infinitum secundum diuisionem secundum quod motus quidam sit diuisibile continuum est. Similiter quod autem sit infinitum secundum diuisionem in sequentibus erit manifestum. quia et si de hiis tractatum est supra in plus est magis tangere.

Quoniam autem omne quod mutatur et c. In parte ista ut dicebatur declarat comparationem mutationum. ostendens quo ordine habent ipsa mutata esse. mutata .n. esse ad quod comparari possunt mutationes ad suum terminum ad suam mensuram. et ad se inuicem. si comparantur ad suum terminum sic id quod mutatum est habet hunc ordinem quia est in termino in quod mutatum est. Si autem comparentur ad ipsam mensuram sic comparatur ei ut terminus mutationis indiuisibilis. Si autem comparentur ipsa mutata esse ad se inuicem. sic in ipso motu aliquod non est dare primum mutatum esse. Ergo tria. quia primo ostendit quod omne quod mutatum est est in termino ad quod mutatum est. Secundo declarat quod omne mutatum esse mensuratur mensura indiuisibili. tertio ostendit quod non in motu est dare primum motum esse et quod non est dare in primo mutatum. Secunda ibi in quo autem primo mutatum est. Tertia ibi quod autem in quo est primum est. Prima quia sic ait quod omne quod mutatum est in termino ad quod mutatum est. Secundo declarat quod in parte prius posita mutatum esse. Secundo probat quod dixerat. Secunda ibi quod mutatum .n. est uel quam autem una mutatione. Dicit ergo quod omne quod mutatur mutatur ex quodam in aliquid. necesse quod mutatur cum mutatum sit esse in termino ad quod mutatum est. ¶ Deinde cum dicit quod mutatur .n. exponit quod in parte nomine eius quod est mutatum esse. dicit quod mutatur ex eo termino in quo mutatum est et ipsum quod mutatur ab eo termino ex quo mutatur distat aut deficit. unde uidetur quod deficere et id est quod mutari aut sequitur ad ipsum mutari. Si ergo deficere sequitur ad mutari. ?? namque est quod defecisse sequitur ad mutatum esse. similiter .n. utrumque habet ad utrumque se. sicut mutari se habet ad deficere sic mutatum esse ad defecisse. patet ergo quod in parte nomine eius quod est mutatum esse ab aliquo termino quia id est esse mutatum ab aliquo termino quod distasse uel defecisse ab illo termino ¶ Deinde cum dicit ad utrumque id sit deficere ab aliquo termino quod mutari ab illo ¶ Dicit quod mutari et deficere id sunt manifestum. quoniam .n. mutatur ab aliquo termino deficit ab ipso. in sequentibus ergo in utroque quolibet eodem modo habet esse mutari in illo habet esse ipsum deficere manifestum. Ergo id est hoc illo. sequitur tamen non est id quia deficere ut communius ponitur similiter pro utroque termino a quo mutatur non primum ad terminum ad quem ¶ Deinde cum dicit quoniam ergo una mutationum probat quod dixerat. scilicet quod omne quod mutatum est esse quod dicitur sed quod dicitur rationes ad hoc adducit. Secunda ibi aristoteles autem dicit ergo quod una mutatio est secundum contradictionem ut quando mutatum est ab eo quod non est in esse. quod ergo sic mutatum deficit non ens .i. distat et deficit. Autem esse erit ergo in ipso esse quia omne quod est necesse est aut non esse. manifestum est ergo quod in mutatione secundum contradictionem quod mutatum est in termino a quo mutatum est. Si autem hoc est in hac mutatione est et in aliis mutationibus quia similiter est in una mutatione et in aliis ¶ Secundo autem in hiis rationibus hoc consistit quia inter contradictoria non est medium. Et quod recedit ab uno extremo contradictionis deuenit est in alterum. Cum ergo mutatum aut esse ad esse sit recedere et deficere. autem esse quod sic mutatur est quando mutatum est quia iam deficit et recessit a non esse in quo mutatum est ergo deuenit est in esse ad quod mutatum est. eodem autem modo se habet similiter ut mutatur ab esse et ?? deuenire ad non esse. contra quod sic mutatum est quia defecit ab esse et est in non esse. patet ergo quod in mutationibus secundum contradictionem omne quod mutatum quando mutatum est in termino ad quod mutatum est et quia similiter ad hoc simile est de hac mutatione et de aliis arguere debemus quod in omnibus mutationibus sic se habet ¶ Deinde cum dicit. aristoteles autem adducit secundam rationem dicens esse quod dicitur. quia prius fuit quod demonstratum est. Secundo concludit quod dicens quod sequitur ex dictis in manifestum est. Dicit ergo quod aristoteles secundum unam quamque mutationem accidit manifestum est similiter quod demonstratum est similiter in aliis quod omne quod mutatum est est in termino a quo mutatum est similiter quod necesse est quod mutatum est esse alicubi. aut ergo erit in termino ex quo mutatum est. aut in aliquo alio. quoniam ergo quod mutatum est deficit a termino ex quo mutatum est id similiter non erit in illo termino sed necesse est hoc quod mutatum est alicubi esse. aut ergo erit in hoc scilicet in termino ad quod mutatum est et tunc habetur intentum et tunc erit in alio termino. Si autem est in alio termino ut puta quod mutatum est in ipsum b. non est in ipso b. sed in ipso c. quia iterum .s. c. mutatur et postea ad mutari in ipsum b. quoniam erit ipsum c. habitum ad contrarium se habens ipsi c. nam continua est non ergo est ibi dare terminos contrarie se habentes. quia si quod mutatum est in b. non est in b. sed in alio. et post mutatur in b. sequitur quod mutatum est quando mutatum est mutatur in id quod mutatum est. quia autem hoc est impossibile necesse est quod mutatum est esse in hoc in quo mutatum est ¶ Secundo autem in rationibus hiis in hoc consistit. quia si quod mutatum est in b. non est in b. sed in aliquo alio termino. sequitur quod in alio termino a b. postea mutatur in b. sequitur quod id quod mutatum est in b. quando mutatum est in b. postea mutatur in b. ita quod sic erit mutatur in b. et mutatum esse in b. quod est inconueniens. non ergo dicit posita quod quod mutatum est in b. sit in alio termino ab b ¶ Secundo autem hac ratione manifeste distinguitur a prima. prima quia illa est constructiua

hec autem ducens est ad impossibile. Secundo quia illa arguit sine medio. Conse-
quens quod quia inter contradictoria non est medium statim cum aliquid recedit a non
esse est in esse et e converso. Ideo si ad minus ex non esse non in esse quia de-
ficit a non esse ex quo mutatum est. Ideo de necessitate est in esse ad
quod mutatum est. Hec autem arguit per medium ut si ad mutatum est
in b. quia non est in illo a quo mutatum est cum ab eo defecerit si-
ve non est in b. in quod mutatum est ponetur esse in medio termino ut
in c. quia gratia verbi c. potest mutari in b. sic erit mutatum in b. et mutari
esse in b. quod est inconveniens. Has autem duas deductiones tangit commentator.
Assignat autem commentator tamen unam differentiam quod hec demum est melior quam prima
quia illa arguit directe de immediate contradictoria. Hec autem applicari potest
quodammodo ad omnes demonstrationes. Sed forte hec est differentia habet causam
impossibilis quia cum hec demum arguat ponendo medium. Forte non
convenienter applicari potest ad mutationem contradictoria sed quod non reperitur medium. Consequenter dicit quod hee demonstrationes sunt contra
adducte. Nam cum primo arguat directe de immediate contradictoria.
Secundo non demum alius. Cum in immediate contradictoria non sit medium.
In aliis non habet esse medium recte. Prima demum arguit per non
medium. Secunda vero arguit per medium. Consequenter in quod mutatum
est. Quod primo mutatum est. Est in termino ad quod mutatum est. Sed post-
ea potest recedere ab illo termino et ire ulterius aliud et esse in alio termino.
Quia si quod mutatum est in b. nunquam fuit in b. Sequitur quod non mutatum
ulterius b. Cum ergo quod sic mutatum non possit esse in illo a quo
quia ab illo deficit neque ponatur esse vel fuisse in illo ad quod
oportet quod sit in eo termino ut puta in c. et quia potest c. iterum potest mu-
tari in b. erit sic mutatum in b. et mutatum esse in b. quod est
inconveniens. Deinde cum dicit: manifestum igitur est. Concludit quedam que se-
quuntur ex dictis dicens quod manifestum est quod omne quod factum est cum factum est
erit et quod corruptum cum corruptum est non erit. Ubi autem
deinde est de omni mutatione. Quia semper quod mutatum est est in termino ad quod et
maxime hoc manifestum est in ea mutatione que est per contradictionem tamen in omni mutatione
hoc habet veritatem. Sed magis lateat in aliis mutationibus quam in mutatione
contradictoria. Ideo concludit ex dictis quod manifestum est quod id quod igitur quod mutatum est
cum mutatum est est in illo termino in quod mutatum est primo. Consequenter quod
mutatum est est in illo ad quod. Cum factio dicitur ad esse. Corruptio
autem ad non esse. Quod factum est erit. Quod non corruptum est non erit.
Consequenter autem quod quia inter contradictoria non est medium quod deficiat
a termino a quo statim mutatum est primum esse in termino ad quod quia non potest
in aliquo alio termino. Sed in aliis mutationibus vero potest tamen a quo
est dare alium terminum quam terminum ad quod non sit mutatum est quod dictum est.
Consequenter dicit quod aliter in quod mutatum est primo quia quando ad mutatum est
in aliquo termino primum necesse est ibi esse. Sed potest motum potest in
ab eo recedere. Deinde cum dicit: in quo autem. Ostendit
quomodo comparatur mutatum esse ad suam mensuram. Esse quod dictum est
sed quia primo ait quod mutatum esse mensuratur mensura indivisibili.
Secundo probat quod dixerat ibi: sic igitur divisibile dicit. Primo in quo autem primo
mutatum est quod mutatum est necesse est id esse athomum et esse
nunc temporis ita quod primo mutatum esse non est in parte. Sed in nunc

temporis. Exponit autem quod appellat primo mutatum esse in a. c. d. quod
primum mutatum esse appellat quod sic hic. Non per ad alterum ipsum
sed per se ipsum. Consequenter autem quod probat quod dicitur mutatum esse in
tempore. Quia mutatum est in instanti quod est ad tempus. Sed tunc non
primo mutatum est in tempore. Sed tunc primo mutatum esse in tempore
aliquo quando ideo mutatum esse tanquam in mensura propria mensuretur tempore.
Deinde cum dicit: si igitur divisibile. Ostendit quod oportet mutatum esse in instan-
ti et mensurari mensura indivisibili. Ideo ait sit igitur quod est a c. di-
visibile et dividatur per b. Si igitur in a b. mutatum est aut iterum
in b. c. ratione uniuscuiusque hoc aut rursum in b. c. Sed est corrupta
ut patet ex alia una. Vult igitur dicere quod si quod mutatum est in a.
c. divisibili mutatum est in qualibet parte eius vel in a b. et iterum
in b. c. non utique quod mutatum est erit in primo mutatum in
eo quod est a c. Sed primo mutabitur in parte eius. Si autem continue muta-
retur in utroque necesse est in utroque continue mutatum esse aut in alia
cum una est corrupta ut patet ex una contrarie dicta. necesse est necesse
est in utroque continue mutari utique sicut in toto continue mutabatur.
Sed erat mutatum esse. Et hec est contra ypothesim quia ponebatur
quod in toto a c. esset continue mutatum esse non continue mutari. Addit
autem quod eadem est ratio si in hac quidem in hac parte ipsius a c.
mutatur. In hac autem in alia non mutatum est. Quia tunc non primo mutatum esset
in toto a c. Quia esset ad prius primo. Quia non utique erit
quod dixerat in quo primo ad mutatum est. Mutatum necesse est omnis mensura
in instanti et mensura indivisibili. Cum igitur factio et corruptio dicatur
mutationes oportet talia mensurari in instanti. Ideo ait quod manifestum est quod factum
est et quod corruptum est in athoma id est in instanti est hoc corrup-
tum hoc autem factum. Consequenter autem in omnibus hiis in hiis conclusione quod
si in a. c. est primo mutatum esse et a c. est divisibile vel utraque parte
eius erit mutatum esse vel in neutra erit mutari et talia
mutatum si in neutra erit mutatum esse. Cum partes temporis
se habeant per ordinem et una prius sit priori alia tunc igitur fuit
mutatum esse in parte priori non igitur in toto a c. primo muta-
batur sed in parte eius. Si autem in utraque parte erat mutatum
tunc in a. c. non erit mutatum esse sed solum mutari. Si autem
in una parte erat mutari et in alia mutatum esse tunc et
quod prius mutatum quod non est mutatum esse in toto a c. Sed solum in parte
eius quia mutari prius vel esse ad prius in a c. toto est esse in qualibet
parte eius. Consequenter dicit quod si ponatur ad in toto a c. mutatum
esse. Primo ostendit ad mutatum esse prius primo quia prius mutatum esse
in parte ipsius a c. quam in toto a c. In quo probabatur mutatum primo.

Dicatur autem in quo mutatum est et cetera. Postquam philosophus
probavit ipsas mutationes vel ipsa mutata esse ad suum
tamen vel ad suam mensuram. In parte sequenti dicebatur comparat ipsa
mutata esse ad se invicem. Ostendit quomodo in talibus est primo mutatum
esse et quomodo non. Esse quod dictum est quia primo distinguit quomodo potest
intelligi quod ad primo mutatum sit. Secundo exsequitur de predictis ibi:
si quidem igitur. Dicit igitur quod in quo ad mutatum est secundum quod dicitur quod
in quo primo perfectum est mutatum tunc id sit secundum actum primo mutatum esse.

primo ex parte finis, ut cum primo finita est permutatio est mutatum, ut eodem est
dicere quod mutatum est supra dictum. Primo igitur uno modo dicitur mutatum
primo ex parte finis, ut cum primo finita est mutatio. Alio vero modo
dicitur aliquid mutatum primo ex parte principii, ut id in quo aliquid primo
cepit mutari. Deinde cum dicit: Sed quod quidem igitur extremum dictum est motus
esse, quod dictum est, quod primo ostendit quod est dare ibi hoc primum ex parte finis
in quo est primum mutatum esse. Secundo ostendit quod non est dare ex parte
principii, ibi: quod autem secundum principium. Dicit ergo quod secundum quod ipse finis mutationis
quod dicitur primum existit, vere est dare tale primum mutatum esse. Sicut enim probatum
fiat mutationem, et est alius finis ipsius mutationis. Si igitur contingit aliquod mu-
tatum compleri, et fieri in illo instanti in quo tale mutatum est
completum, merito est dicere nunc primo complete mutatum esse. Addit
autem quod ostensum est hunc finem mutationis esse quod indivisibile propter id
quod finis est, id est propter id quod habet rationem termini. Finis enim non est in toto
sed quod hic sit, dictum est indivisibile et in quo primo sicut mutatum
est instans et indivisibile, quia ut supra dicebatur in quo primo aliquid mu-
tatum est quod indivisibile nominatur. Deinde cum dicit: quod autem
secundum principium extremum dicitur, ostendit quod secundum principium motus non est assigna-
re primo mutatum esse. Et est quod dictum est, quia prius proponit quod intendit. Secundo
probat quod dixerat, ibi: sit enim primum. Dicit ergo quod secundum principium motus omnino non
est supra dare primum mutatum esse, non est enim dare principium mu-
tationis, id est ex parte principii non est dare primum mutatum esse, nec est
dare in quo primo aliquid mutabatur. Deinde cum dicit: Sit enim AD, quia est dare
ultimo mutatum esse in motu, sed quod ex parte finis terminatur completur
et assignare in quo primo completus est motus, ex parte autem principii
non est dare quo aliquid mutatum sit. Deinde cum dicit: Quod quidem ostendit de mo-
tu locali, quia de aliis motibus inferius quaeretur, et philosophia
quantum ad presens venari possumus quia est ibi dare ultimo
mutatum esse, non tamen est dare primo mutatum esse vel quod idem est
vel dare quando primo completus est motus, non tamen est vel dare quando in-
choatus est motus, ut appellemus primam inchoationem motus
partem illam motus quae primo est actu. Prima manifestatur si comparentur
mutata esse ad potentiam et ad actum. Secunda si comparetur mutatum
esse ad ipsum motum. Tertia si comparetur ad ipsam magnitudinem. Pri-
ma sic patet. Quia ipsum mutatum esse dicit quod indivisibile in motu
habet, id est se mutata esse ad motum sicut puncta ad lineam
se habent. Sicut enim videmus in ipsis punctis quod si accipiantur
puncta in actu est assignare primum punctum et ultimum. Sicut enim
recta clauditur inter duo puncta in actu, quorum se unum habet ut
principium reliquum vero ut finis. Sed si accipiantur puncta in potentia
non est assignare primum nec ultimum. Quia ante omne punctum in potentia
sunt infinita puncta et post omne tale punctum sunt infini-
ta puncta. Quia punctus in potentia signatur est continuatio lineae ad invicem et
assignare tale punctum dividit inter duas partes lineae continu-
ans eas ad invicem. Nunquam igitur in linea potest signari punctus in potentia
quod non precedat aliqua pars lineae et quod non sequatur aliqua linea.
Cum igitur in qualibet linea sint infinita puncta, si signetur punc-
tum precedit et sequitur lineam, oportet quod signatur tale punctum precedant et
sequantur ipsa puncta, quia nullus talis punctus potest esse primus
quia eum precedunt infinita puncta sequentur. In linea igitur vera est assigna-
re punctum primum et ultimum quia tam ex parte principii quam finis est
dare punctum in actu. Sed si omnia puncta precedentia essent
in potentia, solus autem punctus ultimus esset in actu, sic esset dare punc-
tum ultimum quod non esset ibi dare primum. Causa si omnia punc-
ta precedentia essent in potentia cum omne tale punctum precedant
infinita puncta ex parte principii non esset assignare primum punctum quia
non esset dare primum aliquod punctum quod non precederent infinita
puncta, sic est autem in proposito. Causa in omni motu sunt omnia mu-
tata esse precedentia sunt in potentia, solum mutatum esse ultimum est in ac-
tu. Ideo ex parte finis est ibi dare ultimo mutatum esse sed ex parte
principii non est ibi ponere primo mutatum esse. Causa sicut omni punc-
to in potentia precedunt infinita puncta, sic omne mutatum esse in potentia
precedunt infinita mutata esse. Si igitur ex parte principii omnia mutata esse sunt
in potentia non est dare primo mutatum esse, quia omne tale muta-
tum esse precedunt et sequuntur infinita mutata esse. Patet igitur prima vi-
a, vel quia si comparemus mutata esse ad potentiam et ad actum est in motu ex
parte finis ultimo mutatum esse quia solum tale mutatum esse est
in actu, ex parte tamen principii non est ibi dare primo mutatum esse quia omnia
talia sunt in potentia. Secunda via sic patet. Causa mutatum esse est terminus motus.
Causa autem est terminus quocumque modo sumptus sed sic est terminus motus quod est ac-
quisitus per motum. Cum igitur non acquiratur per motum nisi ipsum precedat mo-
tus, de necessitate omne mutatum esse precedat aliquis motus. Quod igitur mutatum
esse sequitur aliquis motus, hoc est quodammodo per accidens. Sed quod mutatum
esse motus precedat, hoc est per se. Causa motus non acquiritur ex mutato esse
sed econtrario mutatum esse acquiritur ex motu per se. Igitur omne mutatum
esse precedit motus, sed quodammodo est per accidens quod ipsum mutatum
esse sequitur motus, quia quod est per accidens est separabile, quod est per se est
inseparabile, potest in motu signari aliquod mutatum esse post quod
non erit ulterior motus, sed non potest signari aliquod mutatum
esse quod non precessit aliquis motus. Cum igitur in quolibet motu sint in-
finita mutata esse sicut in qualibet linea infinita puncta sunt, sed quodlibet
mutatum esse precedit motus, non est dare in motu primo mu-
tatum esse, quia non est dare aliquod tale quod non precesserint infinita
mutata esse. Est tamen ibi dare ultimo mutatum quia quando comple-
tus est motus tunc est mutatum esse non ulterius sequitur motus
quia in illo motu post illud mutatum esse non ulterius sequitur mo-
tus, quia in illo motu post illud mutatum non est dare ali-
quod mutatum esse. Comparando igitur mutatum esse ad motum patet ex
parte principii est non dare primo mutatum esse, non ex parte finis est
dare ultimum mutatum esse. Tertia via sumpta ex parte magnitudinis
sic patet. Accipiatur enim magnitudo per spatium recta ab, durum igitur
motus ab a in b. Hic igitur motus incipit in a et terminatur
in b. Si in a igitur esset motus vel mutatum esse non esset in eo
quod in motu esset dare primo mutatum esse. Sed in a et in termino
a quo nec est motus nec mutatum esse, quia quando dicimus motus est
in termino a quo non dicitur inchoatus esse motus. Si igitur erit ibi

mutatum esse, sed erit post a. cum ergo in nullo continuo indi-
visibilia cohaerent continue nullum punctus potest accipi post a.
inter quem et a. non cadant infinita puncta. sic ergo quolibet punc-
tum post a. precedunt infinita puncta; sic quocumque mutatum
esse signetur post a. oportet quod id mutatum esse precedunt in-
finita mutata esse. patet ergo quod non est dare primo mutatum esse in
motu quia in a. et ubi initio a quo non est dare motum
nec mutatum esse. est tamen in motu ultimo dare mutatum esse
Aliter ergo dare primum motus in quo non est motus nec mutatum
esse. sed non est dare primum in motu in quo sit motus vel mu-
tatum esse quia quamdiu mobile sit secundum totum est initio a quo non
est vel motus nec mutatum esse immo quamdiu sic est nondum
inchoatus est motus sed initio ad quod non sic se habet quia
cum mobile totaliter est initio ad quod tunc completus est motus et
tunc est dare mutatum esse. si ergo in principio motus non est mutatum
esse. Est autem in fine motus ex parte principii non est dare primo mutatum esse
sed ex parte finis est dare ultimo mutatum esse. possit autem adhuc
... tamen ... ex parte temporis et ex parte mobilis. sed de hiis patebit in-
fra. ¶ Ulterius sciendum quod dato quod in motu non sit dare
primum mutatum esse ex parte principii ut ... sit tamen dare aliquo modo primo
mutatum esse. ¶ Ad quod mutatum esse sed ... continue in statu
sicut motus in mensura temporis cum ipsa mutatum esse possit accipi
vel secundum spatium divisibile vel secundum et ad indivisibile. Consequentia cum mobile acquirit
aliquid de spacio semper est mutatum esse et per quod plus et plus acqui-
rit de spacio est in alio et alio esse mutatum esse. ipsum ergo mutatum
esse vel potest accipi secundum spatium acquisitum ... ut dicatur mutatum
esse cum acquisita est tanta et tanta pars spacii. vel hoc mutatum esse
potest accipi per ad punctum vel secundum ad indivisibile terminans ad spatium
acquisitum ut dicatur tunc mutatum esse cum punctum est ad ad
punctum vel ad ad indivisibile terminans ad spatium acquisitum. si ergo acci-
piantur mutata esse secundum ad spatium divisibile ... ... sumen-
tur secundum eandem proportionem vel secundum eandem quantitatem vel secundum eandem propor-
tionem; sic non erit tamen dare primo mutatum esse quia secundum hunc modum
divisio magnitudinis vadit in infinitum ut si mutatum est per palmum
primo mutatum fuit per dimidium palmi et adhuc per dimidium dimidii
et sic in infinitum. sed si accipiantur partes spacii secundum eandem
quantitatem sic quia divisio magnitudinis non vadit in infinitum aliquo modo
est tamen mutatum primo mutatum dare esse ut si mobile sit ad quantitatem unius
palmi et debeat moveri per spacium .v. palmorum autem si
debeat tamen accipi primo mutatum esse cum mobile primo reliquit
motum locum suum cum hoc non fecit nisi cum acquisivit tantam
quantitatem spacii quanta est quantitas mobilis cum spatium acceptum partes
eiusdem quantitatis non sit divisibile in infinitum erit tamen primo dare mutatum
esse cum acquisivit primum palmum de spacio et secundo mutatum
esse cum acquisivit secundum et tertio ... et sic deinceps et
quod ... est de partibus divisibilibus intelligendum est de ... in divisibilibus. Consequentia
si accipiatur hic ... fiant partes eiusdem rationis sic non
erit ubi dare primo mutatum esse. Exemplum autem patet ... ...

hic textus ad propositum. dicebatur .n. supra quod accidit id in quo
mobile mutatur; primo sic omne quod movetur partim est in initio a quo et
partim in initio ad quod. hoc autem dicto quod non est dare in motu primo
mutatum esse. Consequentia hoc accipitur mutatum esse per quantocumque spacio
acquisito et sic non est dare tamen primum quia continuum est divisibile in infinitum.
Si autem accipitur primo mutatum esse cum mobile primo inchoa-
verit de initio ad quod quod non habet de loco in quo prius erat
sic quod mobile in motu est dare primo mutatum esse quia
spacium non dividitur in infinitum acceptum partes secundum eandem quantitatem
exemplum ... patet per ... in motu locali quod mobile partim
est initio a quo et partim initio ad quod accidit tamen ad quod
in quo mutatur primo. Consequentia si mobile sit unius palmi accidit per
mutatum cum primo dimiserit totum locum in quo erat
non erit tamen primo mutatum esse nisi cum primo acquisivit unum
palmum de spacio. cum ergo acquirit illum palmum semper est
partim in loco in quo erat et partim in loco quem acquirit do-
nec totaliter dimiserit illum locum et acquisiverit alium locum.
Similiter ulterius debeat alium palmum acquirere de spacio
semper erit partim in palmo quem acquisivit et partim in palmo
acquirendo donec totaliter acquisierit alium palmum. semper ergo
accidit primo mutatum per tanto spacio cum quo ipsum mobile ...
ipsum mobile semper quod mutatur partim est in initio a quo et partim in i-
nitio ad quod mutatur primo quia successive secundum quantitatem suam mobile se com-
mensurat spacio donec completus sit totus motus.
quod quidem in aliis motibus mobile partim est in initio a quo et
partim est initio ad quod sufficienter supra ostendimus ubi diximus
quod cum ad mobile ... forma in alia quamdiu durat
motus vel secundum se vel secundum dispositiones annexas ad hanc de-
nique formam. ¶ Idem cum dicit sit .n. primum probat quod dixerat
nihil quod in motu ex parte principii non est dare primo muta-
tum esse. ... quod ... quod in motibus est considerare . nihil tempus
mobile et rem ipsam acquisitam per motum. primo ergo probat hoc
ex parte temporis. secundo ex parte mobilis. tertio ex parte rei acquisite
per motum. facit tamen ... utique in eo. ... ipsum autem quod in mu-
tando ... partes ... quod si omne primo mutatum esse in aliquo
tempore vel id in quo primo mutatum est indivisibile vel divisibile
... ergo ... quia primo omne quod id in quo primo mutatum est non potest esse
nunc ... quod in divisibile. secundo probat quod non potest esse tempus quod
divisibile ... autem non est. ... primo ... quod duas rationes
adducit ad propositum. facit tamen si in ca. dicens ergo sit .n.
in quo primo mutatum sit .a.d. hoc ergo .f.a.d. in divisibile .i. sed
in divisibile quod non est .i. quod hoc non possit esse patet quia hoc posito
accidit ipsa nunc in parte esse habita .i. esse continue se habentia
si ergo nunc temporis non se habent continue ... est ex in divisibilibus
in nunc temporis sit ad primo mutatum esse. ¶ Dicens ... unde
sequitur hoc continua quod si in nunc temporis sit primo mutatum esse
quod ipsa nunc se habent continue. ¶ Ad quod hoc dicit declaravi
pro. Consequentia sic ... de spacio sic suo ... est de tempore. si .n.

fiat aliquis motus per aliquod spatium in parte illius spatii non est motus nec mutatum esse. Sic si fiat vel incipiat aliquis motus in aliquo tempore in nunc quod est principium illius temporis non erit motus nec mutatum esse. Si ergo mutatum erit in aliquo nunc, quia sicut erit dare nunc aliquod in quo primo mutatum sit, erit dare aliquod nunc quod se habet continue et immediate ad primum nunc, quia si illud nunc esset distans ab illo nunc cadet medium inter ea tempus. Cum ergo in quolibet tempore sint infinita nunc, inter ista nunc erunt infinita nunc et primus vel mutatum esse precedent infinita mutata esse. Quia ergo quamdiu durat tempus in quo est motus, semper in quolibet nunc ipsius temporis est dare aliquod mutatum esse excepto primo nunc in quo non est motus nec mutatum esse, non ergo potest poni primo mutatum esse in aliquo nunc temporis nisi detur quod ipsa nunc se habeant immediate, vel nisi detur quod sit aliquod nunc dare quod se habeat continue et immediate ad primum nunc quod est inconveniens. Consignatur autem alia via ad inveniendum hoc idem, quia si esset dare primo mutatum esse in nunc temporis possibile esset motus componi ex momentis et ex indivisibilibus, et quia idem est motum poni ex momentis et tempus ex partibus nunc, sequeretur quod tempus esset compositum ex partibus nunc, quod esse non posset nisi ipsa nunc in tempore se haberent continue. Credo autem primam viam esse de intentione philosophi magis quam hanc. [D]einde cum dicit. Amplius sim c.a. adducit rationem ad idem, quod si in omni tempore quiescit ponatur enim quiescens et in a. quia si in parte z a. d. simul quiescit et mutatum erit quia in a. quod quiescit in d. mutatum est. Ergo simul quiescit et mutatum est. [D]ubitabis autem contra hec contra quia si est dare primo mutatum esse quod simul quiescat et moveatur. [D]icendum quod secundum quosdam hec contra non procedunt, sed contra eos qui ponunt quod motus et quies possint fieri in instanti, et quia hic ponuntur ponentes quod sit dare primum mutatum esse, ideo hic est contra illos. Quod autem contingeret id simul quiescere et moveri si motus et quies possint esse in instantibus; verum probavimus quod in nunc temporis non est motus. Sufficit ergo dimisso, possumus tamen aliter dicere quod hic philosophus quiete accipit large, scilicet non pro quod opponitur motui, sed pro quod opponitur ad mutatum esse, quod patet ex eo quod ait quod simul quiescit et mutatum erit, vel ergo quiescere id sonat quod non mutatum esse. Si enim esset dare aliquod nunc in quo primo esset aliquod mutatum, sequeretur quod aliquod esset simul mutatum et non mutatum, nam quod quiescit in aliquo tempore non est mutatum in instanti ad quod completur aliquod tempus. Et sic cum mutatum esse precedat aliquis motus non potest esse quod in instanti quod precessit sola quies possit esse aliquod mutatum esse, quia si aliquid quiescit in tempore scilicet a. dato quod a. sit quoddam indivisibile terminans istud tempus, illud non mutatum erit in a., quia si esset in a. mutatum esse tunc esset mutatum esse sine motu precedente, nam non precessisset motus sed sola quies. Quia si a. d. est immediate tunc a. d. non est quod quia in a. Si ergo in a. non est mutatum, in d. quod est mutatum, simul erit mutatum et non mutatum vel simul erit quiescens et mutatum quod est inconveniens.

[U]lterius autem dato quod si esset dare primum mutatum esse quod sequeretur idem simul esse mutatum et non mutatum. [D]ubitabit forte aliquis utrum sequeretur quod id moveretur et quiesceret. Dicendum quod sic. Ponamus enim quod essent aliqua duo tempora continue se habentia ut puta c.a. et d.z. ita quod d. a. nominet unum et idem instans quod est finis temporis precedentis et initium sequentis. Iste ergo instans dicatur a. in quantum est finis temporis precedentis et dicatur d. in quantum est principium sequentis. Hoc posito ponamus aliquod mobile quiescere in toto c.a. et moveri in toto d.z. Si ergo in hoc motu consideratur tempus d.z. est dare primum esse sicut est vel dare ultimum mutatum esse. Sic in d. et in primo instanti illius temporis esset dare primum mutatum esse. Non enim est inconveniens quod in motu sit dare primum mutatum esse sicut est vel dare ultimum, nisi ponamus quod sicut in ultimo instanti temporis mensurantis illum motum est dare ultimum mutatum esse, sic in primo instanti illius temporis sit dare primo mutatum esse, quia si in motu quod mensuratur d.z. est dare primum mutatum esse oportet quod in d. quod est primum instans illius temporis sit primum mutatum esse. Sed cum non sit mutatum esse sine motu precedente, ergo in tempore quod precessit tempus d.z. contingebat moveri. Sed illud tempus erat a.c., quia ponebatur quod tempus d.z. continue se haberet ad c.a. Ergo movebatur in c.a., sed dicebatur vel quiescere; ergo in isto tempore simul quiescebat et movebatur. Est enim diligenter notandum quod non potest poni primo mutatum esse in aliquo instanti nisi in tempore quod precedit instans illud simul quiescat et moveatur. Et sic dum primo mutatum esse dicit duo, scilicet mutatum esse et primo. Eo enim quod dicit mutatum esse oportet quod precedat ipsum aliquis motus, quia non est dare mutatum esse sine motu precedente. Eo vero quod est primo non precedit ipsum aliquis motus. Et sic cum in quolibet motu sint infinita mutata esse, si illud mutatum esse precedet aliquis motus, precedet ipsum infinita mutata esse, quia non esset primo mutatum esse in instanti. Ergo in quo est primo mutatum esse precedit motus et non precedit motus, quia in tempore quod est ante illud instans oportet simul moveri et non moveri, vel oportet ad simul moveri et quiescere, quod declarare volebamus. Ex hiis autem magis potest patere intentio philosophi. Et sic ut dictum est potest patere quod in aliquo instanti sit primo mutatum esse nisi in tempore quod precedit illud instans simul quiescat et moveatur, ut si tempus c.a. sit illud tempus ad quod moveatur instans in quo contingit primo mutatum esse, tunc in isto tempore erit simul quies et motus. Prout ergo in isto tempore erit quies in instanti quod est terminus illius temporis non erit mutatum esse, sed prout in isto tempore erit motus erit ibi mutatum esse. Nominetur illud instans duobus nominibus et nominetur a. et d., ita quod prout est terminus illius temporis ut in eo habet esse quies nominetur a., prout vero est terminus illius temporis ut in eo habet esse motus nominetur d. Hoc posito in a. erit non mutatum esse, in d. erit mutatum esse, et quia idem est a. et d. simul erit mutatum esse et non mutatum esse et simul erit quies et motus ut est probatum. [D]einde cum dicit quiescit autem non est. Ostendit quod non potest poni in aliquo instanti vel in quo est primo moveri. Ostendit quod

ipsum potest esse quod particulare et divisibile dicat quod quamvis autem non est in parte. i. non ponitur esse in parte vel non potest poni instans esse id in quo contingit primo contingit per primo motum necesse est divisibile esse. i. sicut contingit ad primo motum in aliquo ex quo hoc non potest esse in instanti et indivisibili oportet quod hoc sit in tempore quod est divisibile et oportet in quolibet huius temporis mutatum esse. Consequenter dicto ipso a d. i. dicto tempore in quo primo ad primum mutatum esse si in neutro. i. si in neutra parte eius mutatum est nec in toto mutatum erit. si autem mutatum est in ambabus et in ambabus partibus et in omni. i. in toto mutatum erit. si vero in altero. i. in altera parte tantum mutatum est non est mutatum in toto primo quia si in toto a. d. mutatum est ad primum necesse est in quolibet. i. in qualibet parte eius mutatum esse. si autem mutatum est in qualibet parte ipsius prius mutatum est in parte quam prius non ergo in toto primo et quia infinite sunt divisiones et quolibet continui erit divisibile in infinitum est. quod non est dare in quo ad primo mutatum est. ¶ Consequenter autem quod ex omnibus huius predictis sequitur una completa demonstratio supra ex parte temporis quod non est dare primo mutatum esse | quod sic esset vel esset in indivisibili et in instanti vel in divisibili et tempore. cum ergo probatum sit per duas rationes premissas quod non contingit ad primum mutari in indivisibili temporis et in instanti. et tamen per hanc rationem est probatum sit quod nullo modo ad contingit primum mutari in divisibili et in tempore sufficit conclusio ex hiis omnibus demonstratione supra ex parte temporis quod non est ad dare primo mutatum esse. ¶ Consequenter cum quod ad hoc quod in aliquo toto tempore sit ad primo quantum ad presens duo requiruntur. s. quod sit in qualibet parte illius temporis et quod non sit prius in parte quam in toto | quia si esset prius in parte quam in toto non esset in toto primo ergo hoc posito nullo modo in aliquo alio tempore contingit vel in aliquo divisibili potest ad motum primo quia vel movetur in qualibet parte totius illius temporis vel non | si non movetur in qualibet parte ergo non movetur in toto primo. si autem movetur in toto et in qualibet parte cum partes temporis se habeant ordinate et semper pars sit prior toto adhuc non movetur in toto primo. quia prius movetur in parte quam in toto immo quia infinite sunt divisiones et quolibet continui est divisibile in infinitum non poterit ita accipi modicum de tempore quin semper sit divisibile et quin semper sit prius mutato esse in parte quam in toto. numquam ergo erit devenire ad mutatum esse quia non contingit evacuare divisionem continui.

Neque itaque in eo quod mutatum est et cetera. Postquam philosophus probavit quod non oportet dare primo mutatum esse de mutatione supra in parte temporis. in parte rei probat hoc idem de mutatione supra ex parte motus dicens quod nec itaque in eo mutatum est. i. in ipso motu est quod primo mutatum est. Consequenter ex parte ipsius motus probari potest quod non est dare primo mutatum esse. sit enim d. e. quod illa pars ipsius motus d. e. quod. i. quam primo mutatum est. i. quam primo posuit mutatum esse. demonstratum est enim quod mutatur. i. omne motum est divisibile. sit ergo d. z. in medio tempore mutatum est quod mutatum sit quam sit d. z. et hoc prius mutatum erit ipso d. z. semper enim pars est minor toto et semper contingit prius mutatum esse in parte quam in toto. cum ergo d. z. et quolibet continui sit divisibile in infinitum sicut in medio ipsius d. z. prius mutatum est ipso toto d. z. sic iterum hoc ad ultimum divisionem divisum prius mutatum erit alterum. i. altera pars minor in et sic semper in infinitum | quia non contingit evacuare divisionem continui quia neque ipsius mutationis. i. ipsius motus erit quod primum mutatum est. addit autem quod ex predictis quod manifestum est ex hiis que dicta sunt quod nec esse nec esse quod mutatur. i. nec ex parte motus nec in tempore in quo mutatur. i. nec ex parte temporis sit. i. contingeret primo mutatum esse. ¶ Dicimus ... quia ... demonstratio fundari supposito. supponit enim quod prius semper moveatur pars motus quam totum ut puta si totum movetur in toto medietas adhuc movetur prius quia movetur in medio temporis | et quia non est evacuare divisionem continui | ideo ait quod ex parte motus non est dare primo mutatum esse. verum autem esse tamen quod supponitur quia ex quo mobile est quod continuum semper movetur pars et totum. ¶ Addit quod motus potest comparari ad mobile dupliciter. vel secundum se. vel secundum quod comparatur ad spatium quod acquirit sed quantum refertur motus ad mobile secundum se sic si mobile est quod continuum simul movetur totum et singule partes eius. si vero accipiatur motus mobilis per comparationem ad spatium sic est in sensu. quia mobile prius acquirit ad de spatio secundum partes eius quam secundum se totum. Consequenter mobile non simul secundum se totum derelinquit locum in quo prius erat nec simul secundum se totum acquirit locum in quo non erat sed successive et per partes fit talis acquisitio et quod ad hoc hic ... quod dicitur quia totum si ad mobile mutatur totum locum simul in aliquo toto tempore medietatem illius loci mutabit in medietate temporis et sic deinceps. ¶ Tunc ... pars. ipsum aliquid mutatur. in qua ut dicebatur ... quod est dare primo mutatum ex parte rei quam per motum acquiritur. est quod dicens quia primo ait quod non solum est divisibile mobile et tempus et res acquisita per motum. secundo ostendit quomodo ex parte rerum acquisitarum per motum est dare in motu primo mutatum esse et non est dare in primo mutatum esse ibi. quam contingunt. dicit ergo quod ipsum quod mutatur. i. ipsum mobile autem id secundum quod mutatur. i. forma quam per motum acquirit non similiter se habent. Consequenter ipse res per motum acquisite non sunt tamen divisibiles et tamen ipsum mobile non est semper divisibile sicut res acquisite per motum. ideo accidit quod est ... sunt quod dividitur secundum mutationem. s. quod mutatur. i. mobile in quo mutatur. i. tempus et id in quod mutatur. i. res quam per motum acquirit ut homo est quod mutatur. tempus in quo mutatur et album est id in quod mutatur vel est id quod per motum acquiritur. homo quidem ergo et tempus sunt divisibilia secundum se de albo quod est alia ratio preter id quod per accidens omnia. i. omnis huius qualitates divisibilia sunt. Consequenter album aut quale divisibile est per accidens divisibile nisi quia divisibile est id cui accidit quale aut album. ¶ Consequenter autem quod id philosophus hic premittit quod ... ipsum quod movetur et tempus in quo ad movetur sunt divisibilia per se. res vero ad quas est motus possunt esse divisibiles per accidens ut ostendat quod in motu non esset dare primo mutatum esse | non similiter hoc contingit probare ex parte rei ad quam est

motus et expers motus et partis. [U]Deinde cum dicit: quoniam quecumque
omne quod fit ex quo et ad quod est motus, est dare primum mutatum esse,
et quo non est dare primum mutatum esse, dicit quod quecumque dividuntur
et sunt divisibilia secundum tempus, non secundum actus, nec in hiis erit da-
re primum mutatum esse, ut patet in magnitudine quam motus secundum locum sit in
magnitudine a, mobile in quo est gb; hoc autem mobile sit motum
ex b in c; primum quando si sit indivisibile est b c, erit pun-
ctum continuum puncto, quod est inconveniens. Si non erit divisibile b c, cum
ad punctum ipsum c in quo mutatum est, quod erit dare ad signum
propinquius ipsi b quam sit c, et iterum erit dare aliud signum
propinquius illo, et sic semper in infinitum, propter id quod nullo modo de-
ficit divisio continui; quia in loco mutationis ratione spatii acquisiti
non erit assignare in quo primum mutatum est. Similiter autem est
in mutatione quantitativa est divisibilitas prius et post, non est dare primum
mutatum esse. Consequenter [illegible] motu secundum [illegible] est quia
sola mutatio que est secundum quantitatem est ad esse indivisibile prius divisibile,
autem partius. [U]Deinde mutationem autem que est in subiectum non fit
in tempore quia in subiecto non est motus et per consequens secundum quod hic
est non est dare prius et posterius. Supradictum secundum non est
quod queritur utrum ibi sit dare primum mutatum esse ex
parte principii motus cum negetur motus. [E]Deinde cum dicit:
ad impossibile hoc continua quod si b c est quod impossibile est contin-
tum in puncto. [Q]uod quod spatium in quo est motus et omne
continuum terminatur ad indivisibile, ita quod id in quo incipit mo-
tus, in quo non est motus, non mutatum esse intelligitur ad esse in
divisibile et hoc indivisibile copulatum est id in quo est motus. Si
ergo b c quod ponitur esse id in quo est motus esset quod in-
divisibile sequeretur quod indivisibile esset copulatum indivisibili, quod est in-
conveniens. Declaratum autem aliquibus hoc continua. Dicit enim
qua ratione in uno puncto posset esse motus pari
ratione posset esse in alio puncto; esset ergo motus compo-
situs ex punctis, magnitudo etiam composita esset ex punctis,
quod esse non possit nisi punctum esset continuum puncto. [U]Ulterius
considerandum est utrum in motu in qualitate sit dare primum mu-
tatum esse. [E]t quod dicit in dictione difficultatis dixi-
mus quantum ad presens spectat dicere possimus quod qualitas que per
modum alterationis acquiritur duobus modis potest continuari ad esse et
continuari ad esse. Si consideretur continuum ad esse et prius sit
est quod in indivisibili. Sed si consideretur continuum ad esse quod habet
in sit est quod divisibile. Primo ergo modo non habet locum quod quia
cum in divisibili sit prius locum esse albedinis et sic qualitatis
non est dare prius et posterius quia non est assignare partem
post partem. Si modo consideretur qualitas secundo modo ut quod
ad esse quod habet in se sic partius competit ei dividi. Si-
militer autem hoc dicitur dicit secundum intensionem et extensionem, prout
enim qualitas in subiecto existit utroque modo dividitur. Nam
prout subiectum in quo habet esse albedo vel alia qualitas
habet esse magis et minus extensa est qualitas in magis et

sicut in aliqua contrarietate quia materia contrarie disponitur ad susceptionem illius forme et huius forme contrarie potest intendi et remitti in infinitum et quia hoc modo est in aliquibus contrarietatibus salvare possumus quod non sit dare primum mutatum esse permutatum. ut si aliqua dispositio media sit in aliquo tempore in tempore est divisibile in infinitum ante omne dispositum esse precesserit infinita disposita esse quia dispositum esse in medietate illius temporis prius est quam dispositum in toto tempore. et adhuc prius est dispositum esse in medietate medietatis illius temporis et quia tempus est divisibile in infinitum secundum dispositionem mediam secundum intensionem vel remissionem forme non est assignare primum alteratum esse propter quod cum non sit contrarie forme non habent locum quod quia ut autem dicendo forme extensione media in alteratione assignari potest primum alteratum esse ut autem dicendo per intensionem et remissionem est ibi motus contrarius quodammodo et non est ibi assignare primum mutatum esse.

Ulterius sciendum [illegible] utrum in motu in quantitate sit assignare primum mutatum esse. Dicendum quod augmentum et diminutio dupliciter potest fieri per rarefactionem et condensationem et sic non est assignare in augmento primum mutatum esse quia rarefactio potest esse motus contrarius potest enim aliquid in aliquo tempore contrarie rarefieri quia in toto tempore totum erit rarefactum et in medietate medio erit rarefactum et sic deinceps potest dici rarefactum secundum divisionem temporis quare non erit assignare primum rarefactum esse et per consequens nec primum augmentatum esse. Secundo modo fiat augmentum non per rarefactionem sed per appositionem alimenti. sicut in hoc quod quantitas sit divisibilis in infinitum. tamen quia ad hunc motum augmenti concurrit generatio et alteratio per accidens erit quodammodo assignare primum augmentatum esse. Causa quia sicut in alteratione oportet dare aliquam partem totam simul alteratam sicut enim convertitur alimentum in carnem oportet quod aliqua quantitas alimenti tota simul convertatur in carnem quia aliquo modo est assignare primum augmentatum esse. si igitur motus augmenti vel generationis sive forme vel etiam alteratio consideratur quantum ad dispositionem precedentem introductionem forme est non assignare quodammodo motum contrarium. Nam licet aliqua pars aeris tota simul suscipiat formam caloris contrarie tamen disponitur materia ad susceptionem forme talis sicut et licet aliqua pars alimenti tota simul convertatur in carnem contrarie tamen disponitur materia ad talem conversionem sicut in generatione licet forma substantialis tota simul inducatur contrarie tamen disponitur materia ad huius formam. quia in omnibus talibus possumus salvare quod non est dare primum mutatum esse ratione dispositionis annexe immo quia propter talem dispositionem reservatur in talibus ratio motus similiter contrarie dicere possumus quod in motibus talibus ut habent esse motus et ut sunt motus talium in successione tempore non est dare primum mutatum esse.

Quoniam autem omne quod mutatur etc. Postquam philosophus determinavit de ordine quo partium mutati et ostendit quem ordinem habent ipsa mutata esse in parte ista vult ostendere quem ordinem habent ipsa motum et esse quod dicebatur. quia primo declarat quod dicimus necessarium ad oppositum. secundo excludit de intento ibi. Ostenso autem hoc. Declarat enim primo quod omne id quod movetur aliquo toto tempore primo quod movetur in quolibet illius temporis. esse quod dicit secundum quod dicitur hic ostendit secundo ibi. Sed ex hiis manifestum. dicit igitur quod omne quod mutatur in tempore mutatur. sed dicitur dici ad mutari in tempore. sicut in primo et sicut secundum alterum id est secundum partem ut dicitur ad mutari in anno quia mutatur in die. quia est pars anni quod igitur mutatur in tempore in quo mutatur primo necesse est ipsum mutari in quolibet huius id est in qualibet parte illius temporis. Manifestum est igitur hoc ex diffinitione ipsius primi. sicut enim diximus et diffinivimus primum illud quod idem est primo tale primum secundum quod est tale.

Demum eciam dicit. Sed ex hiis manifestum. declarat hoc idem ratione. Continue autem sit. non solum habet ex diffinitione ipsius continui quod quod movetur in aliquo tempore primo in movetur in quolibet eius. Sed ex hiis dictis est hoc manifestum. sicut enim tempus in quo primo movetur id est movetur x. k. l. huius tempus notatum x. k. dividatur autem huius tempus secundum k. Causa omne tempus divisibile est igitur in k. x. tempus quod est pars predicti temporis aut movetur movebitur aut non movetur et in k. s. quod est alia pars illius temporis aut similiter movetur movebitur aut non movetur. si quod igitur similiter movetur in neutro id est in neutra parte quiescet in omni id est in toto tempore quia impossibile est quod movetur in aliquo tempore movetur in nullo id est in nulla parte illius temporis. non igitur potest esse quod aliquid moveatur in tempore x. k. et tamen moveatur in neutra parte ipsius vel igitur movetur in utraque vel in altera solum. sed non movetur in altera solum id est in altera parte tantum non utique movetur primo secundum tempus quod est x. secundum utrumque id est secundum utramque partem illius temporis motus est. si dicatur esse motus in eo primo necesse est igitur motum esse in quolibet ipsius x. p. si in x. l. debeat primo moveri. Ad.

Demum eciam dicit. Ostenso autem hoc. descendit ad declarandum propositum ostendens quem ordinem habent ipsa motum ad ipsa mutata esse. esse quod dicitur. quia primo ostendit quod motum precedit mutatum esse. secundo declarat quod et est econverso. Nam quod ante omne mutatum esse precedit motum. vel non solum autem esse primum secundo ibi. Secundum quod secunda rationes adducit ad propositum. Secunda ibi. Amplius autem et hic omnino. Tertia ibi. Apparet autem et contrarie. dicit igitur quod ostenso hoc manifestum quod movetur in aliquo tempore primo quod movetur in quolibet eius manifestum est quod omne quod mutatur necesse est motum esse. prius id est manifestum est quod ante omne motum precedit mutatum esse. si enim in x. r. tempore primo ipsum k. l. n. per ipsum k. l. ut habet alia littera. sic per ipsum spatium motum est magnitudo id est motum est ad medium illius temporis magnitudo quam eque velocitate movens similiter movebit in medietate illius spatii et subdit quod quia sit inceptum est movens eiusdem velocitatis et illi tamen [illegible] erit motum per medium spatium quod similiter eque velox motum erit per medium spatium. id autem quod sic eque velox in eodem tempore quia in eadem medietate temporis k. r. motum est quia motum est per medium spatium k. l. et alterum l. secundum alterum movetur eque velox necesse est eandem magnitudinem vel eandem medietatem spatii motum esse. quia igitur quod movetur id est ipsum movens prius erit motum esse oportet enim quod ipsum movens precedat mutatum esse quia mutatum esse secundum medium spatium precedit motum secundum totum spatium et sic mutatum esse secundum minorem partem spatii precedit ipsum motum secundum maiorem partem spatii. quia est spatia et illa eadem magnitudo sit divisibilis in infinitum [illegible] ante omne motum est prius ponere aliquid mutatum esse.

Dubitatur forte alius cum hoc [illegible] leviori motu hic haberetur si fieret in eodem in motu quia tunc satis haberet intentum. Causa quia si aliquid motum movetur in toto

tempore in toto spatio prius movebatur

tempore in toto spatio prius movebitur in medietate illius spatii quia mo-
vebitur in medietate temporis et quia semper parte minore prius pertransibit
cum continuum sit divisibile in infinitum. Semper autem omne motum in maiori
parte spatii precedit mutatum esse in minori. Sic igitur tamen de
facili habetur intentum per unum modum quia philosophus hanc demonstrationem
ponit in duobus modis. ¶ Ad dubitationem quod secundum commentatorem ea que sunt in
potentia investigare debemus per ea que sunt in actu. Si igitur esset
aliquod unum mobile motum continue per totum spatium in aliquo toto tempore
in medietate illius spatii non esset mutatum esse in actu sed in
potentia quia in omni motu continuo omnia mutata esse sunt in potentia ex-
cepto ultimo mutato esse. Ut igitur in medietate spatii esset aliquod
mutatum esse in actu potest uno modo quod debet moveri per totum
spatium. Verbi gratia in tempore .x. v. accipitur aliud mobile eque velox quod
non moveatur nisi per medietatem spatii, ita quod in medio
spatio esset mutatum esse in actu. Si igitur sunt duo mobilia
sunt eque velocia et simul incipiunt moveri in eodem tempore
transibunt eandem medietatem spatii, et quia prius transibit me-
dietatem quam totum prius erit mutatum esse secundum medietatem spa-
cii quam motum secundum totum et ad hoc prius secundum divisionem divisum
et sic in infinitum. Semper igitur ante motum erit dare aliquod prius
mutatum esse. Iterum tamen igitur facit considerare de duobus mobilibus
eque velocibus quorum unum sit motum secundum medietatem spatii et aliud
secundum totum et in medio spatii sit mutatum esse in actu. Pro quod
mutatum esse arguatur de mutato esse in potentia quia semper ex
eo quod est in actu in necessario est in eo quod est in potentia. Quia si secundum mobile eque
velox prius mutatum esse per medietatem spatii quam moveatur
ad mobile eque velox secundum totum aliud mobile eque velox prius
erit mutatum esse per medium spatium quam per totum. Differt
tamen quia in eodem mobili mutatum esse in medio spatii erit
in potentia sed in alio mobili erit in actu. Arguendum igitur quod in
medio spatii motum esse eidem mobili quod est ibi in potentia pre-
cedit suum motum secundum totum quod in alio mobili mutatum esse secundum spa-
tium totum et quod dictum est de mutato esse secundum medietatem vel motum secundum
totum intelligendum est de omni mutato esse secundum minorem partem vel
motum secundum maiorem ita quod semper motum ... precedit aliquod mutatum esse.

¶ Deinde cum dicit apud autem adducit secundam rationem dicens quod
si in omni tempore quod est vel divisum motum esse aliquod aut in toto in quolibet
tempore vel in qualibet parte illius temporis. Divisum aliquod esse motum
oportet quod hoc sit in aliquo tempore secundum ultimum ipsius quod est nunc. Sed nunc
sed tempore terminatum est per nunc et medium ipsorum nunc est tempore
clauditur. Nunc tempore in ipsa nunc et cum dividatur tempus inter du-
as partes semper inter ea in medio esse nunc. Nunc igitur sup-
est littera quod sicut nunc est terminatum et divisivum temporis sicut non
quod est in medio temporis precedit nunc quod est finis eius et tolerat
alius temporis totius sic mutatum esse in medio tempore precedit
motum in toto tempore. Et quod dictum est de medio tempore et de
toto tempore intelligendum est de aliis partibus temporis. Ideo ait quod
et aliis partibus temporis similiter dicetur motum esse vel mutatum esse.

divisio autem medietatis est ultimum id est secundum ultimum et primum nunc. Sic ergo
ad totum tempus divisum in duas partes copulatas per primum nunc
et mutatum esse in isto medio tempore precedit motum secundum totum
quia nunc terminans medium tempus precedit nunc quod est terminativum to-
tius. Sic et quia medium tempus potest dividi in duas partes et ultimum
nunc terminans medium divisum est prius quam nunc terminans ipsam
medietatem oportet quod mutatum esse secundum medietatem medietatis temporis sit prius
quam motum secundum medietatem ipsius et quia tempus est divisibile in infinitum. Semper
autem omne motum est dare mutatum esse. Ideo concludendo ait quod in
medio tempore motum erit prius quam in toto et similiter in qualibet
parte temporis semper prius motum erit quam in toto et semper in
minore parte prius motum erit quam in maiori. Consequentia semper sic in
divisione id est secundum divisionem temporis terminatum est ab ipsis nunc sicut a
signatis. Cum dicit tempore in hac divisione est assignare ipsum nunc.
Sic igitur omne tempus divisibile est et medium ipsorum ipsum est nunc quod
tempus id est secundum tempus mutatum scilicet omne quod mutatur quia tempus est divisibile
in infinitum et in omni tempore est assignare infinita nunc sequitur quod omne
quod mutatur in infinite id est infinities mutatum erit. Igitur autem
omne motum erit dare aliquod mutatum esse. ¶ Consequenter autem in-
ducit rationem in hac consequentia. Videlicet quod quia omne tempus erit divisibile
et semper inter duas partes temporis est assignare aliquod nunc quia numquam
fit divisio in tempore nisi secundum ipsum nunc oportet quod sicut nunc in medio
temporis precedit nunc quod est in fine temporis sic mutatum secundum medium
tempus precedit motum secundum totum tempus. Nullum est igitur motum quod
non precedit aliquod mutatum esse quia si omne motum mensuratur
tempore et omne tempus est divisibile oportet quod mutatum esse secundum medium tempus pre-
cedat quodcumque motum secundum totum tempus. ¶ Consequenter hanc demonstrationem
totam esse secundum commentatorem sic differre a prima quia illa
arguit ex divisione spatii ut quia spatium est divisibile in infinitum
et semper mutatum esse secundum minorem partem spatii precedit mo-
tum secundum maiorem partem oportet omne motum precedere mutatum. Hec
autem arguit ex divisione temporis. ¶ Consequenter et quod ideo quod philosophus pronun-
ciat videlicet quod non modo aliquid in toto tempore nisi moveatur in qua-
libet parte eius temporis sic debet ad demonstrationes sequens. Sup-
ponit enim philosophus quod in minori tempore est minus motum et in minori tempore
minus mobile ad aliquod spatio quod non est minus nisi accipiat tempus
sic ... motum quod in qualibet parte illius temporis habet esse
motus. Consequentia sicut aliquis dicatur moveri in tempore quia modo in die
non plus movebitur in anno quam in mense. ¶ Deinde cum
dicit apud sic autem adducit tertiam rationem dicens quod si mobile in aliquo
tempore continue et non corrumpit nec pausat id est nec cessat a motu
sed est in quolibet nunc illius temporis aut motum aut mutatum esse. In
ipso autem nunc non est motum nec motum necesse est igitur mutatum
esse secundum unumquodque ipsorum nunc. Quia si ipsa nunc in quolibet tempore
infinita sunt necesse est omne quod mutatur infinities mutatum esse
quia in quolibet nunc sunt infinita mutata esse et aut quodlibet motum
precedit mutatum esse. ¶ Consequenter autem in rationibus huius in hac consequentia
quod si aliquod mobile continue in aliquo tempore in quolibet nunc illius temporis est

dare ad mutatum esse. si ergo omne motum mensuratur tempore igitur
tempore est dare infinita nunc. quia licet motum precedit infinita nunc
et per consequens precedit ipsum infinita mutata esse.

Non solum autem quod mutatur etc. Postquam philosophus ostendit quod quolibet
motum precedit mutatum esse. in parte ista probat conversam eius
videlicet quod omne mutatum esse precedit motum. et est quod dicit. quia primo pro-
ponit quod intendit. secundo probat quod dixit ibi. omne enim. dicit ergo quod
non solum quod mutatur necesse est mutatum esse prius. sed in omne
quod mutatum est necesse est mutari prius. quasi dicat. videlicet quod non solum
motum precedit mutatum esse. sed etiam omne mutatum esse prece-
dit motum. Deinde cum dicit. omne enim. probat quod dixerat
et est quod dicit. secundum quod duas rationes adducit ad propositum. Secunda ibi. amplius
autem. et est primo quod dicit. quia primo probat quod omne quod mutatur in tempore mutatur.
secundo ex hoc arguit intentum. scilicet quod omne motum precedit mutatum esse
ibi. quoniam ergo in tempore. dicit ergo quod omne quod mutatur mutatur scilicet ex quodam
in quoddam. propter quod supra quod omne quod mutatum est in tempore mutatum est sit
enim exempli gratia nunc mutatum ad ex a in b. ergo in eodem nunc in quo
est in ipso a. mutatum est in ipso b. quia nunc sit esset in ipso a et
in b. ostensum est enim prius quod ipsum quod mutatum est non est in ter-
mino a quo. sed est in illo ad quod mutatum est in illo ergo nunc
in quo est in a. non mutatum est ab a in b. similiter licet est in alio
nunc in medio illorum nunc erit tempus quia ipsa nunc non erunt
continua neque consequenter se habentia. quia ergo quod mutatum est in tempore esse mu-
tatum. Considerandum autem quod licet accipiatur mutatum esse non ut dicit terminum mo-
tus tamen quia planum ut supra dicebatur quod tale mutatum esse
mensuretur instanti. accipitur ergo hic mutatum esse ut inclu-
dit motum precedentem quod de necessitate mensuretur tempore. Du-
bitabis / quia non videtur verum quod omne quod mutatur ex quodam in quoddam
mutetur in tempore nam quod licet sit signare duo instantia in quorum
uno sit in termino a quo in alio non in termino ad quem / quia in ge-
neratione est transitus a non esse ad esse. si ergo in generatione esset
assignare hoc tempus medium esset dare medium inter contradictoria. esset
enim tempore dare in quo id quod generatur neque esset in non esse id est
in termino a quo neque esse id est in termino ad quem quod est inconveniens. Ad
quod est dicendum quod omne quod mutatur ex quodam in quoddam vel quoddam et quo-
dam debent accipi affirmative. est enim sensus quod omne quod movetur ex
termino affirmato in terminum affirmatum vel ex albo in nigrum movetur in tempore.
generatio autem et corruptio non dicuntur motus sed quod non hic mutationes
sunt ex quodam in quoddam sed vel sunt ex quodam in non quoddam
ut corruptio vel ex non quodam in quoddam ut generatio de tali-
bus ergo non intendit philosophus neque talia mensurantur tempore secundum se
sed non mensurantur tempore secundum se. sed si mensurantur tempore hoc est ratione
motus annexi ratione cuius ut etiam infra patebit in tali-
bus salvare possumus quod non est vel dare primum mutatum esse sed
quod omne tale precedit factum esse et autem omne factum esse fieri
fieri. Ulterius sed dubitabis quia videtur quod talia tempore mensu-
rentur. consequens ut arguitur dicitur. si ex aere fit ignis acci-
piatur ultimum instans in quo est aer et primum in quo est ignis
vel ergo licet duo instantia sunt unum instans et tunc esset simul
aer et ignis quod est impossibile vel sunt duo et duo instantia et est
cadit tempus intermedium erit ergo dare tempus in quo non erit
aer neque ignis quod est inconveniens neque generatio esset et non potest in-
stantaneum tempus. et oppositum dicebatur in quaestione premissa.
Ad quod hic dicendum est solvitur ut commentator solvit in viii.
huius. Vult enim philosophus quod non sit dare ultimum instans in quo
est aer qui corrumpitur sed est dare primum instans in quo est ig-
nis generatus. non debemus ergo secundum ipsum dare duo in-
stantia. sed si ex aere fiat ignis dicendum est quod in toto tempore prece-
dente est aer in instanti ad quod copulatur illud tempus incipit esse
ignis. Sed hec ratio solo non videtur sufficere. consequentia autem ut di-
cebatur in quanto tempore mensurat motum sed instans men-
surat mutationem. cum ergo aer sit quodam modo [?] si non sit dare
mensuram sui ipsius mensura [?] est dare ad instans quod sit
mensura ipsius aeris videtur ergo quod sit dare ultimum instans
in quo est aer sicut est dare primum in quo est ignis. quomodo
autem hec difficultas solvatur in viii. ubi hec in certitudinem ap-
parebit. Deinde cum dicit. quoniam ergo in tempore. ex eo
quod probabatur omnem motum esse in tempore. ostendit quod autem omne
mutatum esse precedit moveri. dicens quod quoniam ergo in tempore
mutatur est supra omne quod mutatur tempore autem omne divisibi-
le est scilicet quod in medio tempore aliquid mutatum erit prius quam in
toto et iterum in medio tempore illius temporis medii aliquid mutatum
erit prius et sic semper in infinitum quia semper prius mutabitur
in medio tempore quam in toto et in quacumque parte temporis quam in alia.
sed ergo autem mutatum esse precedit motum secundum medium temporis et
prius quam mutatum esse secundum totum est et quia omne tempus est di-
visibile non erit dare ad mutatum esse quod non precedit
motum. Considerandum autem quod motus dicitur comparari potest ad mutatum
esse videlicet ut accipiatur motus precedit mutatum esse
sicut quod est ad finem quod in medio comparatur ad mutatum esse
et sic motus precedit mutatum esse sicut ad finem precedit
ipsum finem. motus enim in toto tempore precedit mutatum esse
quod se habet ad illud tempus sicut et ipso precedit instans quod se ipsum.
secundo potest accipi motus non ut terminatur esse ad quod copulatur
et sic ad hoc motus precedit mutatum esse. quia motus secundum
medium tempus precedit mutatum esse secundum totum sed illud motum
non immediate copulatur ad illud mutatum esse. Ratio autem
philosophi arguit de motu secundo modo accepto quam de motu
accepto primo modo. Considerandum autem quod cum in motu duo ha-
beat esse. [?] comparationes vel [?] in sua potuerit quia
comparabitur motus ad modum vel ad mutatum esse. vel motum ad mutatum
esse vel est mutatum esse ad motum quotiens modo mutantur ha-
bitudo ad analogiam [?] in motu est dare primum ex parte
principii. quia semper autem omne motum precedit motum. consequentia
cum omne motum mensuretur tempore semper motum secundum medium
tempus precedit mutatum motum secundum totum. sic et autem de mutato esse

secundum medium quia mutatum esse secundum medium precedit esse secundum totum. Et rursus aut omne esse precedit moveri quia moveri secundum medium precedit mutatum esse secundum totum. sic et aut omne moveri precedit mutatum esse quia mutatum esse secundum medium precedit moveri secundum totum. Ex hiis autem apparere potest quod philosophus posterius probavit moveri secundum medium tempore quod precedat mutatum esse secundum totum quam hoc probare de moveri secundum totum quod immediate comparatur ad mutatum esse secundum totum quia ut patet secundum hunc modum sumpta ex moveri medio accipi possunt omnes prioritates que considerantur in motu. ¶ Deinde cum dicit apparet autem. adducit 3 rationem. et est quod 3. F. quia prius adducit hic rationem. Secundo concludit propositum intentum. ibi quod dixerat adaptat ad generationem et corruptionem. secundum autem primo. ostendere necesse est. Et in magnitudine dicit ergo quod apparet in magnitudine manifestius est quod dictum est. scilicet id quod continuum est magnitudo in qua mutatur quod mutatur. i. scilicet id quod continuum est spatium in quo movens movetur. sit enim ad mutatum de c in d. Ergo si indivisibile est ipsum c d. impartibile erit impartibili continuum quod probatum enim supra esse ostendebatur quod non est dare primum mutatum esse secundum res ad quas est motus quod non potest esse motus impartibile non in partibile in partibili sit continuum. quoniam autem hoc est impossibile quod impartibile impartibili contingatur necesse est esse magnitudinem et esse spatium ad quod mutatur est infinitum utrumque tamen. Et hec magnitudine necesse est esse quod divisibile in infinitum. i. in infinitas partes. quia si in infinitum. si in infinitas partes in infinitum prius quam mutatum sit in toto. necesse est autem omne quod mutatum est ad mutatum prius. addit autem quod eadem demonstratio est in hiis que non continua sunt ut in contrariis et in contradictione. accipiemus enim tempus in quo mutatum est secundum tales mutationes et nos erimus dicentes quod semper eadem tempore et sic mutari secundum medium erit prius quam mutatum esse secundum totum.

¶ Considerandum autem quod per mutationes contrarias intelligit mutationes in qualitate et quantitate. per mutationes autem contradictorias intelligit mutationes secundum substantiam. appellat autem has mutationes non continuas. quia in hiis mutationibus non est tanta continuitas quanta in motu locali. ¶ Considerandum est quod in motu locali ostenditur quod non est dare primum mutatum esse tam ex parte temporis quam ex parte spatii. Sed in aliis mutationibus magis proprie hoc probatur ex parte temporis. ideo philosophus ait quod accipiemus tempus et erit demonstratio eadem. i. idem concludens in omnibus hiis mutationibus quia per divisionem temporis probatur quod non est dare primum mutatum esse.

¶ Dubitatur forte autem de eo quod philosophus ait quod manifestior est hic demonstratio de magnitudine eo quod magnitudo continua sit. cum ergo tempus sit et continuum videtur quod demonstratio facta de tempore sit manifesta sicut magnitudo facta de magnitudine. ¶ Dicendum quod ad hoc respondet Alexander ait enim quod non est intelligendum quod demonstratio de magnitudine sit magis manifesta quam demonstratio de tempore. verum non comparat philosophus hanc demonstrationem ad primam. Sed comparat demonstrationem de motu locali ad demonstrationes aliorum motuum. volens enim quod magis sit manifestum de motu locali quod non sit dare primum mutatum esse eo quod hic motus sit in magnitudine continua et in spatio continuo quam sit manifestum in aliis motibus in quibus non sit tanta continuitas. possumus tamen dicere quod et comparando hanc demonstrationem ad primam veritate

hec quod dictum est. sicut et ipsum tempus est continuum. continuitatem tamen quam habet habet a magnitudine. propter id ergo quod magnitudo secundum se est continua. tempus autem non sic est continuum. ideo manifesta est demonstratio sumpta ex magnitudine quam ex tempore. ¶ Deinde cum dicit. quare necesse est. concludit conclusionem intentam. dicens quod necesse est mutatum esse mutari prius et econverso quod mutari necesse est mutatum prius. ipsum ergo mutatum esse est prius mutari et econverso. ipsum mutari est prius ipso mutatum esse. nullo ergo modo ex parte primi comprehendit primum in motu. tamen ad hoc est ut tangebatur prius quia non contingit esse in partibile impartibili continuum in infinitum. n. hoc dico propter continua. sed potest in hiis que augmentantur et diminuuntur in lineis. licet enim una quedam potest continui in infinitum et quia quod semper minuitur ab maiori parte addi autem quodam modo in alia augeri potest in infinitum. sic ergo quia linea est divisibilis in infinitum. et inequales linee sunt infinita puncta sic quia quibus motus continuus est divisibilis in infinitum in quibus motu sunt infinita mutata esse et ante moveri precedit mutatum esse et econverso. in quod in motu non est reperire primum ex parte principii. ¶ Deinde cum dicit. in mutatum est ergo. quod dixerat adaptat ad generationem et corruptionem. Et quod d. f. quia propositum quod intendit. secundo assignat rationem dicti motum. in est. dicit ergo in mutatum est ergo quod omne quod factum est necesse est fieri prius et econverso. quod fit factum esse prius. sed quod omne fieri precedit factum esse et econverso. hoc enim hoc unitate in omnibus quecumque sunt divisibilia et continua. addit autem quod non semper quod fit factum est ipsum prius sed factum est aliud autem ut factum est domus, ut cum fit domus secundum actum est fundamentum prius. ¶ Dubitatur forte autem quia philosophus addidit quecumque divisibilia et continua sunt. ¶ Dicendum quod ut innuit commentator quod hoc dixit dubitavit de causa propter ad excludendum mutationes illas que non sunt cum motu continuo ut intelligere et sentire que non sunt proprie dicuntur motus. Secundo hoc dixit ut non excluderet a mutationibus motus continuos quorum sunt fieri. i. generatione. n. et corruptione et in aliis mutationibus si volumus salvare quod non sit in dare primum mutatum esse oportet quod accipiantur mutationes ille ut includunt motum precedentem secundum quem modum sic autem fieri precedit factum esse quia forme dispositionem antecedunt est in dare primum mutatum esse. quia omne quod dispositum est prius disponebatur et omne quod disponitur prius dispositum fuit.

¶ Ultimus forte dubitatur. que vult sit quod omne factum aut omne fieri precedit factum esse aut econverso. ¶ Dicendum quod hic dicitur magis distinctione opus est. enim distinguendum est de factum quia factum est aliud est motus eiusdem generis ut calefactum est terminus motus de calefieri. aliud vero est terminus motus alterius generis ut patet in generatione substantiali. hec enim facta non potest esse terminus motus eiusdem generis quia in in non est motus sed est terminus motus alterius generis quia est terminus et alterato aeris que fit ignis et terminus localis. Secundo distinguendum est de eo quod fit quia aliud et fit dicitur fieri secundum se totum aliud dicitur fieri quia secundum aliquam partem eius. Si ergo omne factum esse precedit fieri et aut omne mutatum esse precedit moveri et hoc vel secundum idem genus vel secundum alterum et omne quod fit prius fiebat vel secundum se vel secundum aliquam partem eius. In omnibus ergo factionibus et in omnibus veris factis salvare possumus quod sic autem omne fieri precedit mutatum esse

et exemplo assignato philosophus addidit quod non oportet autem id precedere factum esse rei quod fit, sed sufficit quod precedat secundum aliquam sui partem, ut dicitur domus esse infecta cum factum est fundamentum vel ad fundamentum quod est pars eius, et dicitur ad id cum factum est corpus quod est prius in ipso. Deinde cum dicit mox quod inquit assignat causam quare autem esse id precedit factum esse, et exemplo dicit quod mox idest statim est ei quod fit et ei quod corrumpitur quod est infinitum, quod divisibile in infinitum est, et quia divisibile est per hoc quod non est ultimum, ideo concludit quod non est in id ad fit factum primus, nec factum esse non fiat ad primus. Similiter autem in corrumpi et corruptum esse: semper enim ipso corrumpi erit prius corruptum esse, et corrupto erit prius ipso corrumpi. Ideo concludit manifestum est igitur quod factum est necesse est id prius et quod fit factum esse prius. Eadem omnis magnitudo et omne tempus sunt semper divisibilia; quare in quocumque tempore fit aliquid non erit utique factum in illo tempore sicut in primo. Eadem cum in quo tempore sit divisibile non erit assignare primum factum esse nec primum fieri.

Quoniam autem omne quod movetur et cetera. Postquam philosophus determinavit de divisione motus et de divisione eorum que conveniunt ad motum, in parte ista determinat de finitate et infinitate motus et de finitate et infinitate convenientium ad motum. Ad motum autem conveniunt ut requisita spatium, tempus et mobile. Et dividitur in partes, quia primo determinat de infinitate et finitate spatii, temporis et motus vel temporis et cetera. Secundo determinat de finitate et infinitate motus vel spatii et temporis. Tertio determinat de finitate motus vel spatii, temporis et mobilis. Secunda determinatur ibi ... Prima ostendit quod non potest esse tempore infinitum si magnitudo sit finita. Secundo probat conversam eius, scilicet quod non potest esse magnitudo finita si tempus sit finitum. Ex quibus duobus apparet quod finitum et infinitum similiter reperiuntur in magnitudine et tempore. Secunda ibi eadem autem ratione et cetera. Prima in duas, quia primo premittit quedam necessaria ad propositum. Secundo ex illis premissis probat intentum ibi quod quod et cetera. Premittit autem duo necessaria ad propositum. Primum est quod omne quod movetur in tempore movetur. Secundum est quod in plus tempore movetur maior magnitudo. Huius positionis sequela est quod non est possibile in tempore infinito moveri, idest transire magnitudinem finitam, idest spatium finitum, ita tamen quod id quod movetur, idest quod mobile non transeat eandem magnitudinem reiterando eam, et non transeat ad illius magnitudinis reiterando partem, sed in omni, idest in toto tempore transeat omnem, idest totam magnitudinem absque eo quod reiteret eam vel partes eius.

Deinde autem quod secundum continuationem ideo premittit quod omne quod movetur in tempore, quia cum probare intendit quod magnitudo finita transitur in tempore finito, quia transitur in tempore finito per hoc ponit transitur in tempore. Ideo premisit quod transiens et motus dicuntur requirere tempus. Deinde autem quod cum tempore plus probat quod magnitudo finita transitur in tempore finito, quia in maiori tempore transitur totum quam pars, ideo premisit quod cum in plus tempore transitur magnitudo maior quod illud dictum est de eo motu. Sed ... ideo mobile in eadem

motum et ideo secundum hoc plus apponit de motu infinito totum quam partem. Deinde autem et quod secundum continuationem ideo autem quod magnitudo finita non transitur in tempore finito nisi reiteretur ipsa vel partes eius, ut procederet de corporibus celestibus, que circa reiterando eam secundum infinitam possunt moveri sunt per infinitum tempus. Deinde cum dicit quod quando et cetera probat quod dixerat esse quod duo facit, quia primo ostendit magnitudinem finitam non transiri in tempore infinito si mobile moveatur uniformiter et equevelociter. Secundo ostendit hoc si moveatur non uniformiter nec equevelociter. Sed si non sit et cetera. Dicit primo quod quamvis si ad moveatur equevelociter, idest uniformiter, necesse est movens finitum per finitum spatium in tempore finito mensurare ex dictis. Accepta enim parte aliqua illius spatii finiti que mensurabit totum hoc, quia spatium in temporibus equalibus et tantis quantis sunt partes illius spatii mobile motum est per totum spatium. Quare quando hee partes sunt finite et magnitudine et quantitate et tot numero, idest tot partibus sunt illius temporis omnis, scilicet partes magnitudinis transeantur quot sunt partes ipsius magnitudinis. Et quia omnes hee partes sunt in finito tempore utique in quo transitur tota magnitudo finitum erit. Eadem in hoc tempore mensurante totum motum totiens erit totum tempus quantum est tempus quod est partis quotiens sumpta pars continetur in toto vel quot sunt hee partes in toto. Multiplicatio enim partium temporis erit secundum multitudinem partium magnitudinis. Deinde autem in non uniformiter et cetera ostendit quod si ad spatium finitum transitur pars in tempore finito, cum pars transeatur in minori tempore quam totum, pars transibitur in tempore finito. Cum ergo si sit mobile equevelox vel equali tempore semper transeat equalem partem, totum tempus in quo transitur totum spatium finitum constabat ex tot temporibus equalibus quot sunt tales partes in isto spatio. Quia cum spatium illud positum sit esse finitum, partes eius finite erunt tam magnitudine quam multitudine, et per consequens partes componentes tempus in quo transitur tota magnitudo finita erunt finite secundum totum hoc spatium in tempore finito. Deinde cum dicit Sed si non similiter ostendit quod oportet tempus finitum in quo transitur magnitudo finita, dato etiam quod ipsa magnitudine non sit motus uniformis nec equevelox. Et est quod dicit quia primo proponit quod intendit. Secundo declarat quod dixerat ibi accipiatur enim. Dicit ergo quod si mobile non sit equevelox motum per hoc spatium quod ponitur esse finitum dico nichil, quia semper oportet quod finitum spatium transeatur in tempore finito, non infinito. Ideo consequenter sit enim spatium in quo est a et b finitum quod est motum, idest pertransitum in infinito tempore, et tempus finitum in quo transitur tale spatium sit c d. Si ergo necesse est prius esse motum, idest pertransitum in infinito tempore et tempore finito in quo transitur tale spatium sit c d. Si ergo necesse est prius esse motum, idest pertransitum aliam alio, idest aliam partem spatii quam aliam. Hoc autem quia est

minus et quod in parte priori temporis et in parte posteriori de spacio et alterum motum pertransitum. nam cum motus spacii et transit eius mensuretur tempore oportet quod in alia et alia parte temporis transeat alia et alia pars spacii ita quod in priori parte temporis transit pars prior spacii et posteriori posterior. et quia sic semper partes spacii respondent partibus temporis semper in plus tempore erit alterum mobile pertransitum de spacio quam in plus tempore oportet plus pertransiri de spacio siue mobile eque velociter mutet siue non. intendatur eius motus siue non remittatur siue semper alterum intendatur alterum remittatur siue maneat in eodem modo vel non vel non. vel non oportet partes temporis respondere partibus spacii et oportet spacium situm pertransiri in tempore finito. ¶ Consequenter dicit quod hoc quod premissum est. est preambulum ad demonstrationem sequentem. nam ideo in demonstratione sequenti probabitur quod spacium situm oportet transiri in tempore finito. quia partes temporis respondent partibus spacii ita quod in aliquo tempore transit alterum pars spacii ut in priori tempore prior pars spacii et in posteriori posterior et in plus tempore maior pars spacii et in minori parte minor. ¶ Consequenter dicit quod motus est alterum vniformis et eque velox et alterum irregularis et non eque velox et tamen est irregularis et non eque velox secundum communiter est multipliciter dicitur. quia vel semper intenditur vel semper remittitur vel alterum intenditur et alterum remittitur. quod semper secundum communiter ut innuit philosophus in textu siue semper motus sit eque velox siue semper intendatur siue semper remittatur siue alterum intendatur siue alterum remittatur semper partes spacii respondent partibus temporis et oportet situm spacium transiri in finito tempore. ¶ Dubitatur forte dicet quod non videtur esse verum quod philosophus ait videlicet quod ipsum magnitudinis prius alterum alterius motum sit. Consequentia si magnitudo est continua mota vna parte sic mouebuntur singule partes eius ita quod non plus alterum pars altera parte mota erit. ¶ Dicendum quod ad hoc communiter respondetur vnde videtur distinguendum de motibus. Volunt enim quia licet in motu locali non prius moueatur vna pars quam alia si magnitudo sit continua quod oportebit omnes partes eius simul moueri. tamen in aliis motibus hoc potest contingere. potest enim esse quod in magnitudine existente continua sit calefactum in vna parte reliqua parte remanente frigida. Sed hoc est ire preter mentem philosophi proposuit enim generaliter dicere quod motus comparatur potest ad magnitudinem mobilis. dum vel secundum se vel ut comparatur ad spacium. Sed secundo in magnitudine continua simul moueantur omnes partes et vna parte moueantur motu singule non tamen simul pertransit omnes partes spacii nec simul secundum se totum mutat suum locum totum. immo prius mutat huiusmodi locum secundum vnam partem et postea secundum aliam et sic successiue. quod secundo dicendo quod prius magnitudinis alterum alterius motum est. vel hoc intelligendum erit in magnitudine spacii et tunc non habet calumpniam quia prius mobile transitur vna pars spacii quam alia. vel si hoc refertur ad magnitudinem per mobile intelligendum est prout huiusmodi magnitudo comparatur ad spacium quia prius accipit aliquid de spacio secundum vnam partem suam quam secundum aliam. ¶ Vlterius forte dubitabis quia ut dicebat in fine mandando in plus tempore plus transitur de magnitudine. videtur esse falsum quod si mobile mouetur eque velociter semper in plus tempore plus transiret in magnitudine. Sed cum hoc arguatur de mobili eque velociter moto potest contingere quod in minori tempore plus transeat de spacio. Consequentia nam ut superius dicebatur velox in minori tempore transit plus. ¶ Dicendum quod hoc intelligendum est de motu eiusdem mobilis. velociter et tempore maiori et minori non possunt dici diuersa tempora omnino. Sed ut vnum et pars alterius. potest enim contingere quod vnum et idem mobile non motum eque velociter moueatur in vna hora quam in vna die si illa hora non sit pars illius diei. Sed si aliquod mobile continue mouetur per totum diem quantumcumque diuersificetur motus eius ita quod modo esset velox modo tardus. semper tamen in tota die ad aliquid vel ad plus mouetur quam in parte diei. et hoc sufficit philosopho ut habeat intentum. Volt enim quod in toto tempore in quo aliquod continue mobile semper mouebitur plus in toto quam in parte quantumcumque diuersificetur motus eius. ¶ Deinde cum dicit accipiatur secundum aliquid. declarat quod dixerat omnis quod si mobile non eque velociter oportebit quod tamen spacium situm transeat in tempore finito. ideo ait accipiatur aliquid secundum vel aliqua pars illius spacii. a. b. quod vel quod pars sit. a. c. quod a. c. sit talis pars quod mensurat totum a. b. hoc videlicet scilicet a. c. est facta vel transitum in quodam tempore vel in quadam parte temporis ipsius temporis infiniti. Consequentia si totum a. b. transit in toto tempore illo primo infinito pars eius. a. c. quia transit in minori tempore erit transacta in tempore finito. ideo ait quod in tempore infinito non potest esse transactum a. c. quia omne vel totum a. b. est transactum in tempore infinito. si igitur a. c. transitur in tempore finito et iterum iam sic accipiatur alterum quantum est a. c. vel aliam partem quanta est a. c. necesse est tale parte esse et transitam in tempore finito quia omne vel totum a. b. transitum est in infinito tempore quelibet pars secundo pars quia transitur in minori transitum in tempore finito. patet quod si quelibet pars a. b. tanta quanta est a. c. transitur in tempore finito cum totum a. b. habeat finitas tales partes tam magnitudine quam multitudine oportet tempus in quo transit tempus in quo transitur totum a. b. finitum esse. immo quia ex hiis ad totum constat ex aliquibus partibus finitis tam multitudine quam magnitudine siue iste partes sint equales siue inequales oportet quod in isto toto sit accipere aliquam partem in infinitate ipsarum quia nullum tale est infinitum. ideo ait quod sic accipiens partes ipsius temporis in quo transit a. b. quam intelligitur quod nulla pars est quod mensuret ipsum. ipso enim est ad infinitum esse ex partibus finitis et equalibus vel inequalibus patet primo quod finita magnitudine et multitudine siue sint equalia siue inequalia mensurantur a quodam vno. ideo subdit quod in finita magnitudine vel secundum magnitudinem vel multitudinem siue sint equalia siue inequalia mensurantur in aliquo vna. Cum autem spacium a. b. finitum sit hoc spacium mensuratur tantis partibus temporis quante sunt partes que sunt ipsius a. b. et quia tales partes sunt finite sequitur quod totum a. b. mobile transitur in tempore finito. non igitur potest esse motus finitus nisi per transire magnitudinem finitam in tempore infinito et quod demum est de motu siue intelligendum est de quiete. concludit autem ex dictis quod quia finitum non transit in tempore

in finito non est impossibile ad unum et idem semper permanens tempore nec fieri nec corrumpi. ¶ Secundo autem quod si mobile non moveatur equaliter nec locus plus apponet de tempore in transitu unius partis quam alterius tamen quamlibet partem transibit in tempore finito cum in uno tempore transeat partem quam totum quamlibet si quelibet per mensuras totius a.b. transitur in tempore finito. quia dictum erat quod ipsius a.b. accipientur partes mensurantes ipsum oportebit quod totum tempus in quo transitur a.b. sit finitum. nam cum a.b. partes mensurantes ipsum non infinitas nec multitudine nec magnitudine totum tempus mensuras a.b. constabit ex finitis partibus tam multitudine quam magnitudine. cum ergo ex hiis partibus que magnitudine sive sint equales sive inequales non possit resultare totum quod infinitum impossibile est tempus in quo transitur a.b. infinitum esse. ¶ Secundo et philosophus specialem vim facit quod tempus mensurans a.b. non sit infinitum quia omne totum constans ex partibus finitis multitudine et magnitudine sive iste sint equales sive inequales mensuratur mensura una. quecumque enim partes sic assignantur et efficiant quod totum sive iste partes sint equales sive inequales dummodo sint finite multitudine et magnitudine reperietur una quantitas mensurans hoc totum. quia ergo quod sic mensuratur infinitum esse non potest impossibile est tempus mensurans a.b. infinitum esse. ¶ Deinde cum dicit [illegible] vult secundum hec conclusionem videlicet quod si finitum non potest transiri in tempore infinito quod nec unum et idem semper permanens in tempore infinito potest fieri aut corrumpi. ¶ Ad quod hoc dictum declarare primo sumit ex parte mobilis. secundo ex parte rerum ad quas est motus. dicimus enim sunt in termino huius quod infinitum oportet esse in generatione et in corruptione. si ergo ad fieri aut corrumpi oportet esse finitum. quia si fieri vel corrumpi aliquid finitum duraret per infinitum tempus sequeretur quod factio aut corruptio vel mutatio quecumque alicuius finiti mensuraretur tempore infinito quod est inconveniens. Est ergo diligenter notandum quod aut unum et idem non posse fieri aut corrumpi semper per tempus infinitum quia finitum non reperitur non transitur in tempore infinito tamen non est inconveniens hoc transitum. Et hoc ergo secundum philosophum licet ebra sit finita celum tamen movetur motu infinito per reiterationem quod habet esse ipsum sic secundum ipsum licet totum semper generationis sit finitum. generatio tamen est infinita et perpetua quia plures eadem forme secundum speciem reiterantur in eadem materia. generatio ergo unius et eiusdem non mensuratur tempore infinito sed generatio diversorum et generatio reiterata secundum philosophum non est inconveniens quod perpetuetur per infinitum tempus. Secunda ratio ad inveniendum generatio unius et eiusdem non potest esse semper per infinitum tempus sumitur ex parte rerum ad quas est motus in omni enim generatione inter terminos esse transitus aliqua forma [illegible]. cum ergo inter illas formas non sit distantia infinita. sed hec generatio duraret per infinitum tempus in transitu infinite distantie apponetur tempus infinitum quod est inconveniens cum infinitum non reiteratum per infinitum tempus pertransiri non possit.

Deinde cum dicit: non igitur simul etc. ostendit quod non igitur si totum movetur non est in aliquo eorum, non propter hoc quod non dicetur album aut non album. Contra album dicitur aut non album non quod totum sit huiusmodi, sed quia plures aut magis principales sunt partes huiusmodi. Si igitur aliquid de non albo fiat album, potest contingere quod cum dealbatur partim sit in albo et partim in non albo, non tamen propter hoc id quod dealbatur nec debebatur dici album. Si autem econverso dicitur non album, nam non idem est aliquid non esse in hoc et non esse in illo secundum se totum, non igitur idem est aliquid non esse album et aliquid non esse album secundum totum. Potest enim contingere quod aliquid secundum aliquas partes sit album et tamen dicatur simpliciter non album. Et quod deinde est de albo et non albo intelligendum est quod similiter aut est in esse et non esse ut non in contradictoriis secundum etiam et in aliis mutationibus que sunt secundum contraria ut in calido et in non calido et in ceteris huiusmodi. Erit enim quod transmutatur ex non calido in calidum vel ex non albo in album ex necessitate in altero extremorum quia quodlibet est album vel non album, sed tamen quamdiu durat motus in neutro eorum est totum. Contra autem in solutionis huiusmodi in hoc consistit quod non oportet si aliquid de non albo fit album quod oporteat dare medium inter contradictoria, non enim oportet quod dealbatur nec simpliciter. Sed sufficit secundum aliquas partes esse album secundum alias non album et sic successive movetur ad albedinem donec secundum se totum fit album. Dubitaret aliquis quia videtur quod philosophus non veniret in conclusionem ad quod volebat ducere Zeno. Contra secundum quod secundum partes plures vel principaliores est non album dato quod secundum pauciores partes vel minus principales sit album simpliciter debet dici non album. Si autem sit econverso econverso. Igitur si aliquid dealbatur sit tunc tamen dealbatur simpliciter et absolute secundum philosophum debet dici album et non album ita quod numquam est dare medium inter contradictoria, nisi quod tale nec sit album nec non album, quia quod sic dealbatur quamdiu secundum plures partes vel secundum principaliores est non album dicetur non album. Quam autem ita tamen est dealbatum esse quod secundum plures partes sit album dicebatur simpliciter album. Hoc autem non videtur sufficere quia potest contingere quod id quod dealbatur sit corpus homogeneum ita quod non habeat partes magis vel minus principales. Cum igitur tale corpus secundum medietatem est dealbatum tunc nec secundum plures partes nec secundum principales est album vel non album. Igitur saltem tunc est dare medium inter contradictoria. Cum igitur aliquid dealbatur sic dum dealbatur numquam erit signare instans quod nec sit album nec non album, nam si secundum plures partes vel secundum principales sit album dato quod secundum aliquas partes sit non album dicetur simpliciter album. Si autem sit corpus homogeneum et secundum medietatem sit album et secundum medietatem non album tunc simpliciter debet dici non album. Contra tunc tale est de eo sicut de copulata cuius una pars est vera et altera falsa; tunc simpliciter dicitur tota non vera. Sicut si duobus quorum unus sit videns et alter cecus dicatur [illegible] non videre. Sic si corpus ad medietatem sit album et secundum medietatem non album totum debet dici non album. Contra numquam pars denominat simpliciter totum nisi ubi sit principalior pars vel maior. Potentior igitur in hoc negatio quam affirmatio, quia corpus secundum medietatem est album simpliciter et non album. Igitur est simpliciter non album propter hoc igitur quod numquam oportet dare medium inter contradictoria ut ratio Zenonis concludebat. Ultimo cum dicit: amplius etc. quia videtur quod philosophus omnino sophistice solvat rationem Zenonis quia non de non albo movetur in album non oportet quod prius alteretur secundum unam partem et postea secundum aliam ut videtur ipse supponere, potest enim alterari totum simul.

Dicendum quod secundum quosdam hic solvit philosophus sed non sit sufficiens vere et tamen sufficiens ad repellendam rationem Zenonis. Sed sufficiens sufficientia solutionis huius habetur in VIII ubi dicetur quod si de non albo fiat album numquam erit signare tempus vel instans in quo nec sit album nec non album, sed per totum tempus est non album et in instanti ad quod completur illud tempus incipiet esse album. Noluit igitur ista que huiusmodi veritas tradita in VIII huiusmodi sufficienter solvat rationem Zenonis. Aliter quod dicitur in hoc VI. Sed quantum intelligo potest contingere non videtur nobis tradita in VIII solvatur huiusmodi ratio Zenonis. Zeno autem non arguebat de mutatione ut dicit terminum motus vel ut dicit mutatum esse, quia planum est contradictionis mutatione instanti idest in mutari et mutatum esse, propter quod sit mutatione cum mutatione mutatum est propter quod oportet ipsum esse in altero eorum quia quod mutatum est quando mutatum est est in eo ad quod mutatum est. Intelligit igitur Zeno de mutatione non ut est terminus motus sed ut est ipse motus quia quod movetur dum movetur non est in altero eorum. Si igitur de non albo movetur ad album non erit in albo nec in non albo quia ut arguebat Zeno erit medium inter contradictoria. Ad hoc autem solvit philosophus quod id quod movetur de non albo in album quamdiu durat motus partim est non album partim album, nec tamen propter hoc est medium inter contradictoria quia sic quod dealbatur vel est simpliciter album secundum partes principaliores vel tale vel est simpliciter non album si secundum tales non sit tale. Sed sicut dicendum ad huiusmodi [illegible] philosophi non in solvendo ad [illegible] quia ut dicebatur quod alteratur non simul alteratur, sed successive secundum partes. Sed igitur ad secundum se totum alterari simul propter hoc scilicet quod motus simul in successiva tempore quia alteratio ut talis motus sit successive et secundum partes. Sed huiusmodi pluralitas non semper sumitur secundum partes ipsius mobilis sed aliquando sumitur secundum ea que sunt annexa ipsi forme introducende per motum eo quod de non albo transmutatur in albedinem et talis transmutatio sit motus, oportet quod sit successiva vel secundum partes ipsius mobilis ut quod ipsum mobile prius secundum unam partem dealbetur et postea secundum aliam donec totum fiat album, vel erit successio secundum annexa ipsi forme. Contra quod de non albo fit album dum dealbatur

prius acquirit ad dispositiones illas et postea acquirit
ulterius de dispositionibus illis donec totum fiat album
contrarium autem fiat ista successio numquam erit dare me[dium]
inter contraria quia si accipiatur talis successio secundum partes
mobilis ut patet in physica semper quod dealbatur vel erit
album. Sed secundum plures vel pauciores fit tale vel erit non
album. Sed si tales partes non sunt tales. Secundo modo si
at talis successio secundum dispositiones ad formam vel secundum annexa
formae tunc tamen dum mobile non acquirit ta-
les dispositiones ad quas de necessitate sequitur forma
dicitur non tale ut dicitur non album vel non
calidum. Cum non acquirit tales dispositiones vel ac-
quirit tamen de dispositionibus quae ad eas de necessitate sequitur
forma tunc dicitur esse tale ut dicitur esse calidum aut al-
bum numquam ergo est dare medium inter contradictoria contrarie
accipiatur successio vel motum. Philosophus autem exemplificat de par-
tibus ipsius mobilis potius quam de eis quae sunt an-
nexa formae quia illud est magis manifestum quod dicitur utroque tamen
modo ut patet in physica universitate huius quod in motu cuius
motus sit et acquisitae partis post partem et successive
quod tunc inter contradictoria non est dare medium.

¶ Deinde cum dicit idem medio et cetera. ostendit quod Zenone-
gabat motum circularem. Et est quod dicit. quia primo ponit
rationem Zenonis. Secundo dissolvit eam ibi. Primo quid dicit
quod idem in circulo et in sphaera et omnibus in hiis quae moventur in se
ipsis sicut Zeno negabat motum quia ut dicebat
accidit ipsa quae sic moventur quiescere nam secundum quod dicit tempore
moventur talia sunt in eodem loco et ipsa et partes eius
quia tamen sit solvunt ait quiescunt et movebuntur quod est
impossibile. ¶ Deinde cum dicit. Secundo quando non solvit
hanc rationem ostendens quod circulariter mota dum moventur
nec secundum se tota nec secundum suas partes sunt in eodem loco. dicit
quod primo quod ratio Zenonis non concludit quia partes non
sunt in eodem loco nullo tempore id est parvulo tempore. Pos-
tea tamen non concludit quia et totum semper mutatur in alterum
et alterum locum. nam non est eadem circulatio accepta circulo
a puncto a. et circulo accepta quae est ab ipso b. et ab
ipso c. et ad unumquodque aliorum signorum non dicatur ea-
dem sicut idem est musicus homo et homo quia musicus ac-
cidit homini. est enim musicus in homine tamquam in subiecto
quia musicus et homo differunt ratione. Sed sunt idem subiecto sic
circulationes in eodem circulo accepta secundum diversa puncta sunt
idem subiecto sed differunt ratione. Ergo quod motum circulariter non
secundum se totum mutat locum. quia semper mutatur alterum
circulo in alteram circulationem. quia quod motum circulariter semper est in
alio loco [illegible] circulari et alio nequaquam semper
quiescit et quod [illegible] dicit quod de circulo eodem in in-
finitum et in sphaera et in aliis quae moventur in se ipsis

ut in columpna. quod est orbicularis motus. tum sit circulo
tum sphaera tum columpna tum spericum quod esse possit numquam
dicitur moveri et in eodem loco nec secundum totum nec secundum partem. ¶ Ideo
autem quod in quinto diximus quod motum circulariter mutat locum
tamen secundum totum quam secundum partes mutat locum quantum ad subiectum. Secundum
totum non quantum ad dispositionem motum circulariter. Sed hic intelligit
esse in eodem loco secundum subiectum tamen pertinet circulo cum incipit ab
alio et alio puncto et in illo puncto loco secundum aliam et ali-
am dispositionem. ¶ Dubium si autem cum motum circulariter secundum
se totum quodammodo mutat locum et quodammodo non
mutat huius locum quia mutat ipsum secundum dispositionem non secundum
subiectum quod sint concedendum est de eo quod sit motum utrumque
sit in eodem loco vel quod non sit in eodem loco. ¶ Dicendum quod
magis concedendum est ipsum non esse in eodem loco magis quam
esse in eodem loco nam ut perfectiones locales magis consistit
in dispositione et forma loci quam substantia eius. ut si ad sit in aere
magis est in eodem loco propter eundem tamen quod habet ad universum
quam ex eo quod idem aer secundum subiectum circumdat ipsum nam ut
dicebatur in quarto si vento flante ponetur aer cir-
cumdans et non tollitur ordo ad universum non tol-
litur perfectio loci vel nullius et cetera. quia si ordo et
dispositio principaliter consistunt in perfectione loci si motum c[irculariter]
secundum se totum mutat locum secundum dispositionem quamvis non
mutet ipsum secundum subiectum magis dicendum est quod sit mutatum
non esse in eodem loco quam esse in eodem loco.

Ostensis autem hiis et cetera. postquam philosophus improbavit rationes
Zenonis secundum se solvendo rationes suas per quas
negabat motum esse. Propter ista disputat contra deinde
positionem contrarium ad ea quae sequuntur ex positione illa. Ex positione
autem Zenonis sequebantur duo. quod impartibile moveretur.
dicebat enim sagittam velociter motam non moveri quia
in quolibet instanti est in loco sibi aequali non movetur
et quo ratio eius. quod si sagitta non movetur in aliquo
instanti quod nullo modo movetur. Sed hoc non sequitur nisi sup-
ponebatur quod motus possit esse in instanti. Unde ergo conclu-
debat ratio eius quod sagitta quantumcumque velociter mota
non movetur in nullo instanti aut temporis quia in quolibet
instanti est in loco sibi aequali non tamen propter hoc concluditur
quod si non movetur in instanti in aliquo instanti quod si non mo-
veatur nisi supponatur quod motus possit esse in instanti. Sed
idem est dicere quod motus sit idem instanti et quod moveatur in
partibile. sequebatur ergo quod ex positionibus Zenonis impartibile
moveri posset. Secundo ut ulterius sequebatur ex dictis eius quod infinita
esset infinita ex parte ... nam cum secundum ipsum prius op-
tet transire medietatem spatii quam totum. et adhuc prius
medietatem medietatis et sic in infinitum sequebatur medietatem quod primo
tamen numquam possit quis transire vel pervenire ad terminum c-
vat prius secundum positionem suam mutatum infinita ex parte tamquam

erit initiata. Deinde cum dicit: sed quod haec duo destruuntur quae sequuntur
ex dictis Zenonis. Primo ergo ostendit quod nullum impartibile movetur.
Secundo probat quod nulla mutatio est infinita, ibi: motus autem est.
Circa primum duo facit: quia primo proponit hanc conclusionem probandam quod per se
nullum impartibile movetur. Secundo probat eam per multa media,
sicut ergo dicebatur. Circa primum duo facit quia primo facit quod dictum est.
Secundo quod dictum est suppositum declarat, ibi: et nam neque partium. Dicit ergo quod
omnibus quae dicta sunt, id est improbatis rationibus, inferre restat nunc
probare eas quantum ad ea quae sequuntur ex rationibus illis.
Dicimus ergo quod non contingit impartibile moveri nisi per accidens, scilicet
impartibile moveri in toto corpore aut magnitudine impartibile
in qua est. Sed hoc non est per se. Addit autem quod motus moventis
ad in aliquo dicitur per accidens, sicut utique quod erit in navi
movetur per accidens a motu navis, aut movetur aliquo modo ad
in aliquo sicut movetur pars in toto vel motu motum, id est
per motum totius. Videtur autem quod ipse vocabat impartibile
quod est indivisibile secundum quantitatem. Circa secundum autem quod id pluries distinx-
it quod dicitur moveri ad in aliquo aut per accidens aut sicut
pars, ne laboraret in aequivocatione. Nam impartibile sic movetur in a-
liquo sicut corpore, quod non movetur sicut pars eius sed solum
per accidens movetur. Circa secundum sciendum quod id videtur quod impartibile no-
tat quod est indivisibile secundum quantitatem, ne aequivoce impartibili; quia si
acciperetur impartibile secundum formam, sicut dicimus aquam aliquam
impartibilem esse si sit in modica, quod si accipiatur minor non re-
manet vel forma et species aquae. Sic enim accidit impartibile
non est inconveniens impartibile moveri. Sed si accipiatur impartibile
secundum quantitatem dicitur pluries impossibile est quod tale quod impartibile mo-
veatur. Deinde cum dicit: et nam neque partium. Quod dictum est
suppositum declarat. Dixerat enim quod motus movetur motu totius in quo
invenitur motum partis quoddam esse aliud a motu totius.
Dicit quod itaque motus partium alius sit secundum quod sunt partium et
secundum quod sunt motus totius. Videbitur autem utique maxime
diversum in motu declarari, quia in tali motu non erit eadem
velocitas eorum, id est earum partium quae sunt iuxta centrum et quae
sunt extra et quae totius. Nam partes iuxta centrum habent tar-
diorem motum, partes vero extra habent velociorem. Veloci-
tas autem non accipitur secundum velocitatem interiorum sed exteriorum.
Ergo est ubi diversitas velocitatis talia sunt non existente motu
uno vel ut hic alia variatur, sicut non existente motu uno
totius et partis, quia motus totius et partis interiorum est alius a mo-
tu partium exteriorum. Dubitatur, quod ad utramque partes mo-
veantur per se. Ad quod cum partes non sint nisi potentia
in toto et cum partes secundum quod huiusmodi non habent per se moveri non
possunt; tamen ut hic commentator dicit et ut supra in quinto dictum est,
ordinem in hiis quae sunt per accidens est dare gradus. Licet ergo
partes moveantur per accidens, non sic moventur per
accidens sicut accidentia et formae quae nullo modo moveri per se
possunt. Circa secundum ergo quod motus partis distinguitur a motu

totius per accidens et dicitur esse non pure per accidens, quia motus par-
tium non est omnino per accidens sicut motus accidentium et forma-
rum; partes sic moveantur in toto quod possunt moveri
per se, accidentia et formae sic moventur in corpore quod per se
moveri non possunt. Deinde cum dicit: Sed sic dice-
bant, probat conclusionem quam proposuerat, scilicet quod per se nullum
impartibile movetur. Circa quod primo facit secundum quod quatuor rationes adducit ad
propositum. Secunda ibi: Solum sic esset. Tertia ibi: Amplius ex hiis. Quarta ibi:
Amplius autem si omne. Repetit ergo primo conclusionem intentam dicens quod si-
cut dicebatur sic, quod per se contingit moveri impartibile nisi per accidens,
sicut sedens movetur in navi mota navi et eunte; per se
autem hoc non contingit. Quod si dicatur ad illam, hoc esse impossibile
per se ergo mutetur quod est impartibile ex ab in bc,
sive hoc sit ex magnitudine in magnitudinem sive ex specie in speciem
sive secundum contradictionem; quocumque modo accipiatur dictum sive acci-
piantur secundum magnitudinem sive secundum augmentum et diminutionem
sive secundum formas et species, id est secundum alterationem vel secundum qualitatem, sive
accipiantur secundum contradictionem, id est secundum esse et non esse,
vel secundum generationem et corruptionem quae est in substantia, vel accipiantur secundum mo-
tum localem, quocumque modo accipiantur non contingit impartibile
moveri. Nam sit tempus in quo primo mutatur, quod duo ne-
cesse est, ergo ipsum impartibile secundum tempus in quo mutatur aut esse secundum
totum in termino ab aut bc aut ad hoc, id est aliquas partes ip-
sius impartibilis esse in hoc, id est in uno termino ad vel in utroque alio.
Nam omne quod mutatur necesse est quod sic se habuit in
utroque; quod ergo non est dicere de ipso impartibili. Non enim possunt
dicere quod aliqua pars ipsius impartibilis sit in uno termino et alia
in alio, quia partes utique esset. Si ergo impartibile est vel totum est
in ab vel totum in bc, aut neutrum est totum in bc,
quia tunc mutatum erit. Concessum est autem ipsum impartibile
mutari et moveri. Relinquitur ergo ipsum totum esse in ipso i-
partibile ab in toto illo tempore secundum quod mutari dicitur. Ergo idem
quia esse in eodem termino per quodcumque tempus est idem quod quiescere, quod non contingit
impartibile moveri neque omnino mutari, quia tunc quod movetur
quiesceret. Circa secundum autem unam rationem hic innuit hanc: sed
impartibile movetur in toto illo tempore dum movetur, non est in termino
ad quem quia ibi est mutatum esse, nec est partim in uno termino
et partim in alio quia caret partibus. Relinquitur ergo quod in toto
tempore dum movetur quiescit, quod est inconveniens. Deinde cum dicit:
Solum enim adducit secundam rationem dicens quod solum sic esset
motus ipsius impartibilis si tempus esset compositum ex nunc
et si super motus posset esse in ipso tempore nunc. Sed utrumque
horum est impossibile. Ergo est impossibile moveri. Quod autem motus
possit esse non in nunc probatum est, quia in ipso nunc semper est mo-
tum esse et mutatum esse, quod quid moveri nequaquam est in
nunc. Motum autem esse, id est mutatum [illegible] esse est ipso
nunc. Hoc autem quod sit impossibile [illegible] nisi quod moveri
sit in ipso omnino est plus. Addit autem quod neque tempus est

ex partibus nunc, neque linea ex partibus punctis, neque motus ex mo-
mentis, id est ex mutationibus esse dicimus. Sed ulterius quod impartibile
moveatur, illud ad faciet non autem motum esse nisi ex indi-
visibilibus et in hoc dicit sicut hoc tempore sic ex partibus nunc
contingit dicere magnitudinem esse ex punctis. Cum ergo hoc sit
impossibile, impossibile est quod impartibile moveatur. ¶ Ostendit secundo ad
unum sequitur hoc consequentia quod si impartibile movetur quod magnitudo
esset composita ex indivisibilibus. ¶ Secundo quod omne spatium per quod
movetur ad mobile oportet esse proportionatum ipsi mobili. Nam
mobile successive se commensurat spatio secundum quod primo transit
spatium equale sibi quam maius se, et postea ad spatium
esse sic donec totum spatium sit pertransitum. Quod esse non
posset nisi spatium esset compositum ex equalibus partibus
vel saltem ex minoribus quam sit quantitas ipsius mobilis. Si
ergo id est mobile transiret ad spatium nisi ipsum mobile a-
liquando semper redderet illi spatium vel plus quam minus
spatium. Cum ergo numquam indivisibile aliquando semper re-
dit ad nisi illud sit compositum ex indivisibilibus. Si mobile esset quod per-
tibile transiret ad spatium nisi illud spatium esset oportet illud
spatium esse compositum ex impartibilibus. Patet ergo quod si mobile esset
quod indivisibile scilicet id est magis vel spatium per quod fiet motus esset
compositum ex punctis vel ex impartibilibus. ¶ Ulterius secundo
dicit ad unum sequitur hoc consequentia quod si impartibile movetur
quod tempus esset compositum ex partibus nunc, et quod motus esset
compositus ex momentis vel ex mutationibus esse. ¶ Secundo quod ut
patet ex questione premissa si mobile esset quod impartibile spa-
cium per quod fiet spatium esset compositum ex impartibilibus. Cum ergo
impartibili possit esse nisi illud mutatum esse. Si aliquod spatium
per quod fiet motus esset compositum ex impartibilibus oportet
motum illum qui fiet in isto spatio componi ex mo-
mentis vel ex mutationibus esse. Rursus quia mensuratum esse
mensuratur in [illegible] ut supra ostendebatur, si ad mo-
tus componetur ex mutationibus esse oportet tempus in mensura
illum motum componi ex instantibus. Patet ergo quod qui ponit
impartibile moveri ponit quod spatium componatur ex impartibilibus
et quod motus componatur ex mutationibus et quod tempus componatur
ex instantibus. Est ergo hoc contra philosophum quod cum hec omnia sint
impossibilia impossibile est impartibile moveri. ¶ Deinde cum dicit
Amplius autem adducit tertiam rationem dicens: Amplius autem ex hiis
id est ex dictis manifestum est quod neque punctum neque aliud aliquod indivisibile
moveri contingit. Nam omne quod movetur impossibile est prius mo-
[illegible] per spatium maius ipsius id est maius ipso quam moveri
per spatium aut equale sibi vel maius ipso.
Si ergo hoc est quod prius mobile transit spatium equale
sibi aut maius quam minus manifestum est quod punctum
et quodcumque aliud indivisibile ponitur mobile prius movebitur
per spatium minus aut equale quam maius. Sed
quam hoc modo est indivisibile impossibile est ipsum moveri per

per spatium minus se. Transibit ergo spatium esse sibi quod si est
composita ex punctis. Nam ipsum punctum et quodcumque aliud impartibile mo-
tum per aliquod spatium per aliam lineam mensurabit omnem hanc
per equalem motum impartibile id est mensurando et transeundo sem-
per prius parte equalem sibi cum mensurabit totam lineam quod
non esset nisi linea componetur ex punctis vel impartibilibus. Si
autem hoc est impossibile impossibile est impartibile moveri. ¶ Sciendum
autem hanc tertiam rationem differre a prima quia addit quod supra ipsam
declarat id est quandam consequentiam quam illa supponebat. Supponebat
enim illa quod si impartibile movetur quod linea componetur ex
punctis, hec autem hoc declarat probans quod mobile prius transit spatium
equale sibi quam maius se quod non esset quod non esset nisi
mobile commensuraret se spatio et quia numquam impartibile se
commensurat alicui nisi illud sit compositum ex impartibilibus. Si partibile
movetur linea componetur ex impartibilibus. In ratione
ergo precedente supposito hoc impossibile supponebatur intentum,
hic autem declarando ipsum impossibile manifestatur propositum. Rursus
differt hec ratio ab illa quia ex hac ratione ex uno solo in-
possibili concluditur propositum quia ut ulterius impossibile est lineam com-
poni ex punctis impossibile est impartibile moveri. In illa autem
ratione ex tribus impartibilibus concludebatur intentum dicebatur
enim quod quia impossibile est lineam componi ex punctis tempus ex
nunc et motum ex momentis vel ex mutationibus esse, ideo
impossibile est impartibile moveri. ¶ Ostendit secundo ad quod non
valet quod hec consequentia quod si impartibile movetur quod illa com-
ponetur ex punctis videlicet enim non sequitur quod si impartibile mo-
vetur quod motus eius constituit lineam. Sphera enim si sphericum
absque revolutione movetur super planum quia sphericum
tangit planum in puncto, punctus ille sic fluens consti-
tuit lineam, non tamen propter hoc linea componetur ex punctis.
Dicendum quod cum dicitur si impartibile movetur ergo componetur ex
punctis intelligendum est de motu impartibili per se, non autem
intelligendum est de motu eius per accidens. Nam philosophus non inten-
dit negare impartibile moveri in aliquo per accidens in
alio, sed negat ipsum moveri per se. Sphericum autem secundum
planum tangit planum in puncto, tamen si movetur hoc
sphericum punctus iste in quo fit contactus ad planum
non movetur per se sed movetur per accidens movetur
enim ad motum sphere. Cum ergo dicitur quod mobile commensurat spatio
intelligendum est de mobili per se. Sphera ergo posita super pla-
num per motum suum commensuraret se cuilibet contactui
illo plano sed punctus in quo fit contactus ad pla-
num licet per fluxum eius constituat lineam non tamen commensu-
raret se illi linee quia non movetur per se sed
per accidens. Sphera quia motus sphere per se esset divisibilis cum
mota sphera moveatur per accidens quodque est in sphera
oportet esse fluxum ipsius puncti existentis in sphera esse quod divisibile
per accidens, et sic ex divisibili constituatur divisibile non est inconveniens.

non extra fluxum constituit lineam. si ergo fluxus puncti qui est quid divisibile et faciens lineam habet tale divisibile ab ipso puncto oportet unum punctum terminantem ipse lineae quam fluxu constituit. sed cum effectus non sequatur modum et naturam alicuius partis ex alio accidit ipsi puncto moveri et tamen accidit ei constituere lineam per motum suum non quod linea sic constituta componatur ex punctis nec quod ipsa terminaretur puncto et hoc ad praesens sufficiat. Ista habentur melius in geometria quae super de ratione [illegible] diffusius pertractavimus.

Deinde cum dicit amplius autem, adducit quartam rationem dicens quod amplius si omne quod movetur movetur in tempore et in tempore nunc non movetur quia omne tempus est divisibile erit utique dare aliquod tempus minus quam sit tempus in quo movetur tantum corpus quantum est ipsum indivisibile motum et hoc quia [illegible] sit hic motus quod est de motu corporis quod movetur hoc quod [illegible] ipsum tempore in quo movetur tantum corpus quantum est ipsum mobile. nam propter id quod movetur necesse est esse motum in tempore. tempus autem omne esse divisibile ostensum est prius quia si quodlibet mobile movetur per tantum spatium quantum est ipsum in aliquo tempore et omne tempus est divisibile contingit tempus minus quam sit tempus in quo movetur mobile per tantum spatium quantum est ipsum quantumcumque sit illud mobile. si ergo movetur punctum quod cumque quod indivisibile erit dare tempus minus quam sit tempus in quo movetur ipsum punctum. sed hoc est impossibile quia oportet in minori tempore necesse est moveri minus mobile. sed ergo quod indivisibile erit divisibile in minus nam sit tempus in quo movetur indivisibile dicitur in tempore minus. sit indivisibile divisum in aliquo minus quia si toto tempore movetur totum indivisibile et transit tantum spatium quantum est ipsum cum tempus sit divisibile et sit dare aliquod minus tempus oportebit quod in isto minori tempore moveatur ad quod sit minus quantum ipsum indivisibile cum transeat minus de spatio quam sit ipsum. et quia omnia haec sunt impossibilia impossibile est indivisibile moveri. addit autem quod solum movetur impartibile in indivisibili sed in ipso nunc erit motus et sic possibile est moveri in athomo et in instanti et in indivisibili nam eadem ratio est moveri in quo sit motus in ipso nunc et moveri ad motum indivisibile.

Consequenter autem quod si motus esset indivisibile quod motus esset in instanti nam ut dicebatur semper mobile movetur motus componetur ex nunc esse. cum ergo motus non componatur nec ex motibus sicut non componitur linea nec ex lineis nec corpus nec ex corporibus. si ergo motus componeretur ex nunc esse oporteret quod ipsum mutatum esse erit quidam motus. tunc ergo mutatum esse in instanti motus est in instanti.

Deinde cum dicit mutatio autem, probat quod nihil impartibile movetur quod sequebatur ex dictis Zenonis ostendit quod nulla mutatio est infinita quod in sequebatur ex dictis suis esse quod dictum fuit quod mutatio et motus dicuntur sub positione ad formam et ad ubi. probat ergo quod non est infinita mutatio ad formam. secundo declarat quod non est infinita mutatio ad ubi vel loci. autem mutatio dicit ergo quod mutatio non est nec una infinita. consequens omnis mutatio est ex quodam in quoddam id est ex termino in terminum. sed nihil quod clauditur inter terminos est infinitum et terminum. nulla ergo mutatio est infinita quod non mutatio claudatur inter duos terminos ostendit existendo secundum formam de mutationibus dicens quod mutatio quae est in contradictione id est in substantia et mutatio quae est in contrariis id est in qualitate et quantitate omnis talis mutatio est inter duos terminos quia contradictionis termini sunt affirmatio et negatio ut generationis quae incipit a non esse terminus est esse corruptionis autem quae incipit ab esse terminus est non esse. contrariorum quae sunt in contrariis termini sunt ipsa contraria. nam haec contraria sunt ultima talium mutationum quia omnis alterationis est aliquid et aliquid extremis quoniam omnis alteratio. similiter autem et augmenti et decrementi sunt aliqua quia terminus augmenti quod est status est quod est secundum propriam naturam perfectae magnitudinis. nam omni naturae constituta est dare certam magnitudinem ad quam cum perventum est sistitur motus augmenti. motus autem augmenti est accessus ad quantitatem perfectam decrementi vero motus est quae est remotio id est recessus ab hoc id est a quantitate perfecta. si ergo talis mutatio quae est secundum substantiam in substantia quam et secundum contraria quae est in qualitate et quantitate est inter duos terminos et est finita sequitur quod nulla mutatio ad formam sit infinita quia vel motus in quantitate sit inter contraria et quia contrarietas habet esse contrarietas sufficit ad motum in quinto sufficienter ostendimus.

Deinde cum dicit loci vero mutatio ostendit quod loci mutatio est finita esse quod dictum fuit quia positio quod omnis talis mutatio est finita in se. sed dicit quod nihil prohibet eam esse infinitam secundum tempus vel sed si sit contrarium dicit ergo quod loci mutatio non est finita id est non potest ostendi quod sit finita sicut prius ostensum est non enim possumus dicere quod loci mutatio sit finita quia est a contrario in contrarium vel a contradictorio in contradictorium sicut dicebatur de motu ad formam. non ergo sic est finita mutatio ad ubi sicut mutatio ad formam quia non omnis talis mutatio est in contrariis vel in contradictoriis quia declaravit est ab eodem in idem. sed id super talis mutatio est finita quia impossibile est esse decisum esse in eo quod non contingit esse decisum. unde quod non descendit non quod possibile est descendi numquam nam incipit illud quod possit perfici et quod potest produci ad terminum. omnis ergo mutatio talis terminata est et habet aliquid tamen quia aliter non inciperetur aliquid.

Consequenter autem quod impossibile est dicere impossibile non contingit sic impossibile descendi quod non sit id est nullo modo est possibile descendi numquam descendere nec quod omnino impossibile est fieri esse sicut nec quod est impossibile mutari contingit mutari in quo nunquam impossibile est mutari in id quod ergo sic est motus non fertur ad infinitum id est in terminum non fertur quia impossibile est transire ipsum et pervenire ad ipsum. si ergo

motus aliquis esset infinitus secundum tempus non incipere quod non posset pertransiri immo quia omnem motum localem tendit in aliquid/ si talis mutatio esset infinita secundum tempus ad movetur ad id ad quod non posset pervenire quod est inconveniens. ¶ Adducit ergo ex dictis dicens quod quod generatur nunquam secundum locum non sit infinitum sicut ut non terminatur, tamen enim non est ex dictis.

¶ Deinde cum dicit. Sed si sic. ostendit quod licet nullam loci mutationem sit infinita secundum tempus potest alia tamen esse infinita secundum tempus dicens quod si sic esse infinitum motum ut unus et idem existens sit infinitus tempore considerandum est utrum non immo quod dictum est vel fortassis prohibet quod sit infinitus infinitum in primis sit durare motus secundum tempus si hic motus sit alius et alius ut si post loci mutationem sit alteratio. et post alterationem .... et iterum post augmentum generatio et iterum sic quod erit motus in tempore infinito sed non erit motus unus propter id quod non est motus unus ex omnibus his motibus. sed ut fiat unus motus non contingit motum esse infinitum tempore praeter unum motum qui unus et idem existens continue potest esse infinitus tempore sed autem unus est circularis. ¶ Est autem intentio philosophi in hac parte in hoc consistit quod licet omnis motus sit finitus secundum tamen alius tamen motus ut declaravit potest esse infinitus secundum tempus non sicut alteratio augmentum generatio et huiusmodi talia sunt finita secundum / cum talia se possint habere continue secundum tempus consequenter post unum motum potest incipere alius sicut quod licet alteratio celestis est finita secundum tamen ex hiis alterationibus se habent continue secundum tempus consequenter finita una alteratione incipit alia. dicit autem hic infinitas a posteriori quia ex omnibus hiis alterationibus efficitur unus motus continuus. sed ex alteratione et augmentatione et ex hiis motibus quo utique se habent secundum tempus unus motus continuus esse non potest. ¶ Est autem quod quamvis unus et idem motus existens sit infinitus tempore circularis et secundum plus / quia dicit hic quod in VIII videlicet tamen sit dare motum eternum. ostendit in V quod sit. sed quod hoc non sit verum et quod rationes philosophi non concludunt ostendetur. Et sic finitur summa sexti libri.

Omne autem quod movetur etc. quia motus circularis est primus et communis maximus et intentio philosophi in VI libro dicit de continuitate ipsius motus. In hiis duobus libris intendit in VII et VIII. Vult declarare de eternitate eius. ostendit autem philosophus motum esse eternum probat quod devenire ad unum motorem primum omnino immobilem quod autem devenire ad unum motorem primum immobilem probat quod omne quod movetur ab alio movetur. nam si in mobilibus et motoribus non est procedere in infinitum. et hoc quod movetur ab alio movetur oportet devenire ad aliquem motorem primum et immobilem. Ergo secundum philosophum hoc ita se habent secundum contraria infinita quod si omnem motum movetur ab alio oportet devenire ad motorem primum et immobilem. et si oportet devenire ad hunc oportet dare oportet dare motum eternum. Hoc ergo sic patet quod hoc oportet declarare. primo enim ostendit quod omne motum movetur ab alio. secundo ostendit quod oportet devenire ad motorem primum et immobilem. tertio probat quod oportet dare motum eternum. hoc autem tertium patet in fine lectionis VIII. quod autem omne quod movetur oportet incipit tertio VIII. utrum autem semper sit. etc. primum dicit quia primo proponit quod intendit. secundo manifestat propositum ibi primum quidem igitur dicit ergo quod omne quod movetur necesse est moveri ab aliquo scilicet ab alio vel ab aliquo alio. et videtur quod sicut ergo hic motum non habet principium in ipso primum motus necesse est quod movetur ab alio. si autem in se ipso habet principium huius motus licet non sit sicut semper sic necesse est quod tale moveatur ab alio. tamen ut patebit per sequentia oportet sit mota movens ab alio ut si accipiatur mobile a.b. quod moveatur secundum se totum. sed non moveatur in eo quod movetur ad corpus. id est aliqua pars de numero eorum que sunt hic id est que sunt partes huius mobilis a.b. tale enim movetur si moveatur secundum se totum et non secundum partem tantum sicut habet ipse primum motum sicut non habet nec accidit moveri ab alio. ¶ Est autem quod sicut non est in se ipso principium sed secundum se totum sed solum hoc contingit ratione divisibilis partium. sicut non movetur a se ipso primo et per se totum sed solum hoc potest contingere secundum divisas partes. sicut ergo hoc totum scilicet lagena per se totum et vinum non est contineus et continentum. sed totum ratione vini habet rationem contenti et totum ratione lagene habet rationem continentis. sic unum movetur secundum se totum movetur a se ipso quod sit sibi motum et motum. sed totum ratione unius partis movet et ratione alterius movetur ut totum aliquod movet ratione anime et movetur ratione corporis. non ergo movetur aliquid vel movetur a primo nisi quia tamen movetur per se et primo. sed omnis dicitur ad movendum per se quia est dividitur in talia a quorum unum est per se movens et aliud per se motum. ¶ Deinde cum dicit. primum quidem igitur. declarat quod dixerat esse quod d.e. quia primo ostendit unum hoc accidit hoc deceptio quod credimus aliquid a se ipso moveri. secundo adducit rationem probantem quod nihil a se ipso movetur. ibi amplius quod a se ipso. dicit ergo quod primum quidem igitur decepimus et contingit nos opinari a.b. moveri a se ipso propter quod totum a.b. movetur et a nullo exteriori. sicut ergo sicut ipso d.e. movente id quod est e.z. et ex hoc ipso toto d.e.z. moto siquis ergo ex hoc opinatur totum d.e.z. moveri propter quod non movetur a se ipso propter quod non videtur utrum a toto moveatur. quia ergo nescimus motum d.e.z. qui pars que pars movet et que movetur credimus quod totum se ipsum moveat. ut quia nescimus utrum utrum d.e. moveatur ab e.z. moveatur super a.d.e. et quia hoc ergo credimus totum d.e.z. se ipsum movere. Adiciendum autem quod in fine huius partis nova translatio et corrupta. immo plures in hac translatione apparent corruptiones. ¶ Est quod vero moveat se ipsum per se. motus tamen

seipsum patiens, ut quia anima movet corpus et corpore moto
movetur ipsa secundum quod anima moveat seipsam patiens anima
igitur motu corporis per se secundo ex hoc quod in toto aliquid move-
at, quia in ipsa anima movet et patiens. ignorantes igitur quod pars
alias quam parte moveat et videntes totum aliquid moveri
credunt quod totum seipsum moveat secundum se totum. accidit
igitur in huius deceptio et credimus totum movere totum quia
ignoramus quod pars quam parte moveat. ¶ Deinde cum dicit
amplius quod a seipso. adducit rationem quod non a seipso movetur. et
quod dicit quia primo manifestat quandam propositionem necessariam ad propositum. secundo
ex manifestata propositione probat intentum ibi quando autem ac-
ceptum erit. dicit igitur quod a seipso motum dum movetur nullo
modo pausabit instando ad alterum quod movetur. quasi dicat quod motum
a se non pausat nec quiescit per statum, id est per quietem alterius
mobilis. necesse est igitur si aliquod quod movetur pausabit instando ad
alterum, id est per quietem alterius mobilis necesse est igitur si aliquod alte-
rius quod necesse est .s. hoc quod sic quiescat moveri ab alio. hoc enim
manifesto omne quod movetur movetur ab aliquo alio ¶ Propositum autem hanc
propositionem quam premisit probat quoddam esse per se notum. nam
si aliquid movetur a seipso igitur est sibi ipsi sufficiens cum motus
quiescit igitur aliquid quiescat vel aliquid pausat per hoc non pausabit vel
unum igitur deinde est quod quiescens per quietem alterius non movetur a se
ipso per se sed ab alio ¶ Propositio et quia hec propositio videatur esse per
se nota et hoc valde impossibile appareat ultimus eius declaratio
nem ponit. tum primo quod hec inter se posteriora ubi dicit quod primo
est cui alterum proprium non ipsi per alterum. si igitur ad hoc alterum
primo agente removeatur id non removebitur ab eo.
si igitur movens seipsum appetit alterum per a quo removeatur
motus non removebitur ab eo. quocumque
igitur aliquid quiescat non oportebit illud quiescere. quia unum deinde est quod
motum a seipso primo non quiescit per quietem alterius. sed ut pa-
tebit omne mobile quiescit per quietem alterius igitur nullum
mobile movet seipsum primo. Immo omne quod movetur ab alio movetur.
¶ Deinde cum dicit quando autem acceptum est. premissa propositione
necessaria ad propositum in parte ista ex ea probat intentum dicens
quod ex ea acceptum est a b esse quod movetur super a seipso primo. di-
cebatur enim supra quod a b movetur a seipso primo. si igitur a
b sic seipsum movet divisibile erit. quia omne quod movetur
erat, id est ponebatur divisibile esse. dividatur igitur hoc mobile a b
in puncto c. necesse est igitur quiescente b c, id est quiescente parte
quiescere et a b, id est quiescere totum. si enim non, id est si non quiescat
totum accipiatur moveri ipsum totum. b c igitur quiescente
b una parte movebitur utrumque c a, id est ponitur moveri
alia. non igitur quiescente una parte movebitur totum a
b per se et primo, id est secundum se totum sed solum moveri potest
per motum alterius partis. sed concessum est ipsum totum a b
moveri primo per se ipsum. manifestum est igitur quod quiescente b c, id est q-
uiescente una parte quiescet b a, id est quiescet totum quia non

movebitur per se et primo et tunc pausabit, id est quiescet quod movetur
id est ipsum mobile b a per quietem alterius, id est per quietem partis. sed
si ad statum et pauset in quiescendo aliquid, id est per quietem alterius
mobilis hoc moveri ab alio et quia sic est manifestum est igitur quod omne quod
movetur movetur ab aliquo alio. nam omne quod movetur est divisibile
et quiescente parte quiescit totum ¶ Secundum autem Averrois
hec ratio consistit in hoc quod omne quod quiescit per quietem alterius
non movetur a se ipso primo. sed omne mobile quiescit per quietem al-
terius quia per quietem partis. igitur nullum mobile a se ipso primo ¶ Dubi-
tatur autem utrum quiescente parte dicatur totum quiescere et videtur
quod non. quia si mobile dividitur in duas partes qua ratione dicitur
totum quiescere quia quiescit una pars, pari ratione dici po-
test quod totum moveatur eo quod ponitur moveri aliqua pars.
¶ Ad quod in hoc capitulo dixit Averroes ut superius narratum est. nota
enim quod quiescente una parte movetur ad hoc totum per se
compositum moveri per aliam partem et moveri per partem ut dice-
bat non est moveri per accidens sed per se. Ad confirmationem autem
huius rationis utitur facto quod dicebatur in quinto. nam moveri per
partem distinguebatur contra moveri per accidens. sed hoc non videtur de-
esse. nam moveri secundum partem est magis moveri per accidens quam per se
nam moveri per accidens est moveri per aliud. quia enim pars in se
accepta magis est alia a toto quam sit eadem toti. si
enim omnes partes simul sumerentur dubium forte esset
utrum partes sic sumpte essent eedem toti. sumendo tamen
quamlibet partem singulariter in se non est dubium quamlibet partem sic
sumptam magis esse aliam a toto quam eandem toti. moveri
igitur per partem magis est moveri per accidens et per aliud quam per se
cum in eo quod est esse per accidens sint gradus. nam licet quelibet
pars sit magis alia a toto quam eadem non tamen est omnino alia
ideo moveri per partem non est moveri per accidens. et quia moveri
per partem non est omnino moveri per accidens ideo in quinto moveri
per partem distinguitur a moveri per accidens. patet igitur quod quiesce-
re per quietem partis est quiescere per quietem alterius quia pars magis est
alia a toto quam eadem toti. Rursus quiescente al-
tera parte non ulterius movetur totum per se et primo. ipso quod dicitur
totum quiescere quiescente parte quod non obiciebatur quod qua
ratione dicitur quiescente una parte eadem dicitur moveri totum
per motum alterius ¶ Ad quod non est simile de quiete et
motu nam motus dicit aliquid per modum affirmationis et
per modum habitus. sed quies dicit aliquid per modum privationis
et negationis nam quies est privatio motus. ad hoc autem quod
aliquid dicatur alicui toti primo oportet quod dicatur ei secundum quamlibet partem
eius. sed ad hoc quod non dicatur ei primo sufficit quod non dicatur
ei secundum aliquam partem eius. motus igitur una parte et non alia
similiter est totum moveri primo et universaliter est ipsum non primo moveri
sic igitur accipitur. sic igitur accipitur hic quod quiescente una par-
te quiescit totum quia non ulterius movetur totum per se et
primo si altera pars eius quiescit ¶ Ulterius secundum dictas

utrum aliquid possit ab eo moveri primo. [Q]uod quia primo dicit
per oppositum ad posterius excludit enim primo ordinem
posterioritatis. hic autem ordo posterioritatis dicitur posse ac-
cipi vel ratione subiecti vel ratione temporis. Si accipiantur ratione subiecti
et ratione mobilium. sic non est inconveniens moveri aliquid ab alio
primo. potest enim aliquod mobile moveri ab aliquo motore
immediate non mediante alio motore et tunc quod sic movetur ab
alio movetur ab eo primo. Si autem primo excludat ordinem par-
tium temporis dicere possumus quod non est dare in quo primo mutatum esse
nam semper prius quam mutat locum per minorem quam ma-
iorem cum continuum sit divisibile in infinitum non est ibi dare primo mu-
tatum esse. Sic ergo accipiendo primo non a seipso non ab alio est
dare primo mutatum esse. tamen ne laboremus in equivoco
possumus dicere quod partes motus dicuntur possunt accipi primo ut
comparantur ad mobile. secundo ut comparantur ad spatium. Si acci-
piantur primo modo scilicet per comparationem ad mobile est dare ad primum
mutatum esse quia omnes partes mobilis simul moventur sicut totum
et omnes partes. non enim prius movetur pars minor quam maior
vel pars quam totum. sed totum et omnes partes eius simul moventur.
sed si accipiantur partes per comparationem ad spatium quia prius
accipitur de spatio pars minor quam maior et mobile prius
mutat partem minorem quam partem maiorem non erit
dare primo mutatum esse cum continuum sit divisibile in infinitum.

[U]lterius forte dubitares utrum aliquid possit moveri a se-
ipso primo ita quod totum moveatur non ratione partis. videtur quod sic
quia si aliquid est quod ipsum seipsum movere non pos-
sit est quia tunc idem secundum idem et secundum seipsum esset in potentia et in
actu sed hoc non videtur obstare. potest enim contingere quod aliquid
sit virtualiter tale et tamen non sit formaliter tale. sed ad
hoc quod aliquid agat et moveat sufficit quod sit virtualiter
tale. ad hoc autem quod moveatur et patiatur videtur sufficere
quod non sit formaliter id. Si ergo aliquid secundum se totum non sit
formaliter tale poterit tunc totum secundum se totum moveri. Item
ergo supposito quod idem secundum idem non potest esse in potentia et in actu vi-
detur esse defectiva est enim vel eodem modo. debet enim dici quod
idem secundum idem et eodem modo non potest esse in potentia et in actu.
ergo ut videtur non est inconveniens quod aliquid totum secundum se totum
moveatur si alio et alio modo secundum se totum sit in potentia et
in actu. [Q]uod quod idem moveatur est secundum seipsum idem agere
in seipso. cum ergo oporteat esse aliquem contactum agentis ad
patiens vel quod sit aliqua contactio agentis supra patiens
non est intelligibile idem seipsum movere nisi idem sit secundum se
contactum. sed nec contactum et nec continuum propter distantiam partium
est ad seipsum contactum ut probatur in physicis.
potest ergo in rebus corporalibus pars attingere partem
et pars contacta ad partem. sed non potest totum contingi ad
totum nec totum attingere totum quia si totum attingeret
totum quaelibet pars attingeret quamlibet partem non ergo esset distantia

partium. quia vel non esset corpus vel indivisibile. unde ergo dicimus
est quod in rebus corporalibus distantibus totum non attingat totum
nec contingitur ad totum. sed pars ad partem quia si omne mo-
vens et omne agens aliquo attingit passum et contactu
supra ipsum in hiis corporalibus numquam totum movebit totum
sed pars partem. sicut ergo videmus in talibus duo genera
partium sicut dicere partium quod dicitur in talibus pars movere partem
videtur enim alium totum ad corpore intrinsecas partes celestes
ut videtur alter in animam et corpus. videtur enim intrinsecas partes
qualitativas ut dicitur aer individuas partes aeris. utroque
ergo modo in talibus pars movet partem ut in motu locali
una pars celestis movet aliam ut anima movet corpus. sic
etiam in hoc motu una pars qualitativa movet aliam ut in
est movet cordas et nervos et illi movent digi-
tos vel alias partes corporis. sic et in motu ad formam
una pars qualitativa movet aliam ut una pars qualitativa
calefacta aeris calefacit alias. cum ergo queritur utrum aliquid
possit movere seipsum aut loquimur de motu supra
se qui non competit nisi rebus immaterialibus et distinctis aut lo-
quimur de motu supra materiali. Et quod intelligere dicitur quidam
motus. Si ergo loquimur de motu materiali sic non est incon-
veniens idem movere seipsum. talis enim motus competit rebus in-
distinctis ipse enim intellectus qui sunt sibi quod non. videmus se
ipsas intelligunt et seipsas diligunt. sic ergo non est in-
conveniens intellectuales et immateriales ad seipsa esse conversiva et
non est inconveniens aliquid movere seipsum motu me-
taphorico. nam hic motus ipsis intellectualibus competit. Si non
loquimur de motu supra se dico quod est motus localis vel mo-
tus ad formam tunc aut loquimur de parte aut patiens. Si
patiens sic non est inconveniens idem movere seipsum ut
anima movet corpus. corpus enim moto movetur anima quia motibus no-
stris movetur anima quae in nobis sunt ut habetur in commento
anima ergo movet corpus per se movet seipsum per accidens. sic
et grave sursum positum cum descendit movet seipsum per
accidens nam grave scindit medium scindendo medium re-
movet id quod prohibet ipsum esse deorsum removendo autem
prohibens movet seipsum deorsum. sicut ergo grave movet
a seipso deorsum. sicut ad motum a removendo prohibens
quia removens prohibens est causa per accidens. id grave mo-
vetur deorsum a seipso per accidens. non ergo est inconveniens supra
motu materiali movere ad seipsum per accidens. sed si loquimur
in per se aut accipimus large et per se proprie. si accipimus
large per se quod movet per se est movet per se. sic non est
inconveniens aliquid movere seipsum quia totum per unam partem
movet seipsum per accidens ut totum animal movet
ratione animae et totum movetur ratione corporis. si non acci-
piatur per se ut movebatur esse per se tale quod est per se
totum tale sic supra motu materiali non movet seipsum

quia motus sic sumptus non competit nisi rebus similibus.
In corporibus et ut dicebatur numquam totum ut totum con-
tinetur ad totum quia pars ad partem. Ideo in talibus partes localiter
movetur totum secundum partes partem. Est ergo intentio philosophi quod sup-
posito motu proprie qui non competit nisi rebus corporibus et
divisibilibus numquam per se et primo totum movetur totum secundum partes par-
tem. Quod non obiciebatur quod id quod est actualiter tale per se
formaliter potest movere seipsum ut sit tale formaliter. ¶ Ad
quod si existens actualiter tale sit agens per se quia de ta-
li actione vel loquimur numquam movebitur ut fiat for[maliter]
tale quod habet causa altiori modo ut sol qui est actualiter calidus
numquam recipiet calorem calore formaliter quia habendo sic
ipsum actualiter habet calorem altiori modo quam si haberet
ipsum formaliter et intellectus agens in sua virtute habet
omnes species intelligibiles numquam aliquam speciem intelligibiles
recipit. Nam habendo sic has species actualiter id est causaliter
habet eas altiori modo quam si haberet eas formaliter. Sol
enim qui est calidus actualiter est perfectior et est in altiori gra-
du quam ignis qui calidus est formaliter et intellectus agens
in sua virtute aut substantia species intelligibiles est perfectior
et perfectior quam intellectus possibilis qui formaliter informatur il-
lis. ¶ Ulterius forte dubitatur aliquis quia videtur quod ideo philosophus plus non
habet quod ad moveatur a seipso primo quamvis non moveatur
ab alio primo. Argumentum enim si aliquid movetur a seipso tunc quiescente
parte non quiescit totum quia quod movetur a seipso primo non quiescit
per quietem alterius. Propter hoc autem videtur arguere quod non movetur
a seipso primo nam si aliquid movetur ab alio primo tunc motus reque-
rit illud primo passive. Ergo quiescente alio moveatur pas-
sive motus passive non removebitur a toto. Da-
to ergo quod motus passive sumptus non insit parti
ut dato quod pars non moveatur adhuc movebitur totum quod falsum
est quia quiescente parte non movetur totum. Inconveniens est igitur per
hanc rationem arguere quod non moveatur a seipso primo
tamen peccando eius contrarium concluditur quod non movetur ab alio primo a
pluribus partibus et ad totum. Tunc ergo videtur arguere philosophus quod nullum
mobile movetur a seipso. Sed quilibet mobile quiescit per
pausationem alicuius quod esset omnino aliud ab eo et quod nullo
modo clauditur in ipso arguitur autem quod totum non movetur
a seipso primo quod quiescit per quietem partis non videtur. Inconveniens quia
pars non est omnino alia a toto immo pars clauditur a to-
to et est ad eo. ¶ Ad quod si aliquid competit alicui primo ut
dicebatur supra est quod a quocumque alio removeatur
non tamen propter hoc removetur ab eo ut si habere tres competit
triangulo primo tunc quacumque alio removetur sed specietas non
tamen propter hoc removetur a triangulo. ¶ Concedendum est quod cum
enim aliqua passio competit alicui passio primo et remo-
veri a quocumque alio absque eo quod removeatur ab eo.
si tamen aliquid sit exemptum ab isto et accidit ei quod[cumque] stat

sub ista parte vel sub illo attributo quod si tamen aliquid alicui non
accideret ei nec esset exemptum ab eo in quantum stat sub
isto attributo tunc si hic specietas removetur ab
hoc alio non oportet quod remaneret ei cui dicebatur
competere primo ut triangulo cum competit habere tres primo
et sit et est perfectionem figurare et est huius trianguli extrinse-
cum ut triangulus comparatur ad hoc attributum et ad
specietatem quod est habere tres non est eodem modo omnia perti-
nent in quantum triangulus habet tres accidit ei et exemptum est ab
eo quod sit figura et quod sit perfectionem figurarum non tamen accidit
ei nec exemptum est ab eo quod sit huius trianguli extrin-
secum immo ex hoc triangulus habet tres quod habet angulum
extrinsecum. Dato ergo per impossibile quod figura non haberet tres
et quod triangulus non esset figura non tamen adhuc triangulus ha-
beret tres quia non habet tres in eo quod figura immo accidit ei
et exemptum est ab eo quod sit figura in eo quod habet tres sicut si
quod habere tres removetur a perfectione figurarum non tamen propter hoc
removetur a triangulo quia exemptum est a triangulo quod sit
perfectionem figurarum in quantum habet tres. Sed si habere tres removetur
tur ab huiusmodi trianguli extrinsecum et si triangulus esset non
huius angulum extrinsecum et si triangulus esset non huius
angulum extrinsecum non ulterius esset huius tres quia non
habet tres nisi in quantum habet angulum extrinsecum. Cum ergo dicitur quod cum
aliqua passio vel aliquod attributum competit alicui primo a
quocumque alio removetur ab illo primo non removetur intelli-
gitur de tali alio quod accidit ei et exemptum est ab eo in quantum
stat sub tali attributo. Hoc viso de levi patet quod si
aliquid movetur a seipso primo tunc parte quiescente ad-
huc movetur totum per se et primo quod est inconveniens
sed si aliquid movetur ab alio primo non oportet quiescente
parte adhuc movetur totum per se et primo. Quod est inconveni-
ens. Sed si aliquid movetur ab alio primo non oportet quod quie-
scente parte adhuc movetur totum per se et primo. Nam
ut supra dicebatur quod est ad seipsum comparatum et quod alio
in seipsum exemptum est ab eo habere partes quia si aliquid movetur
ab eo a seipso quia quod agit in seipsum et comparatur ad
seipsum exemptum non esset ab eo habere partes. Sed si aliquid
moveatur ab alio non est exemptum ab eo habere partes quia
si aliquid movetur ab eo a seipso quia quod agit in seipsum et
comparatur ad seipsum exemptum non esset habere partes sed
quod vel est per se competit ei habere partes. Motum ergo a seipso
parte eius non existente vel parte eius quiescente adhuc compe-
teret ei moveri per se et primo quia exemptum esset ab eo habe-
re partes. Sed si aliquid movetur ab alio primo non oportet quod quiescente
parte moveatur totum per se primo quia quod tale est et quod
movetur ab alio sicut habitum est non est exemptum ab eo habere. To-
ta ergo vis philosophi in hoc consistit quod cum moto a seipso
accidat et sit exemptum ab eo habere partes moveri a se-

ipso. quia si ad primum a se ipso movetur per se et primo
tunc quiescente parte adhuc movetur totum et per se
quod est inconveniens. Cum igitur omne mobile sit quod hic loquitur de mobili
sit in parte impossibile est quod mobile moveri a se ipso etc.
Contra non obstat quod probat eandem rationem per argumentum quod non
moveatur ab aliquo primo patet quia non est tale quod in
motu ab alio cum mobile totum non possumus supponere quiescere
esse nec debemus removere totum a parte quia quod sicut mobile
non est conveniens ab eo partes sed in motu a se ipso a se
ipso primo et cum mobile totum possumus supponere partem quiescere
esse et possumus removere motum a parte quia ei quod movetur
accidit et conveniens est ab eo habere partes. Contra aliquis ultimus
adderetur quod pars clauditur in toto et pars est de ratione to-
tius. Dicendum quod aliquid est consequens totum aliquid et aliquid est consiliare ip-
sum ut comparatur ad aliquid attributum vel ad aliquam proprietatem.
videmus enim quod figura est de ratione trianguli in figura clauditur
in triangulo cum quia triangulus non habet esse nisi in figura
et non accidit ei et est conveniens ab eo quod sit figura ideo quod habet
esse. ideo per impossibile dato quod triangulus non esset figura et quod
habere esse removetur a sua. non tamen habere esse ad hoc compe-
teret triangulo. Primo sit in proposito quantumcumque sit de ratione
totius quantumcumque pars clauditur in toto tamen quia accidit toti
et est conveniens ab eo habere partes in quantum est ad se continuum et
in quantum mobile a se ipso dato quod pars eius quiesceret et quod motus
removeretur a parte non adhuc motus competeret toti
per se et primo. Cum igitur impossibile sit quod quiescente parte mo-
veatur totum per se et primo impossibile est ad impossibile mo-
veri a se ipso primo. Sed cum motus proprie sumptus non competat
nisi rebus corporalibus et partibus patet quod sumpto motu proprie
nihil movetur a se ipso primo quod declarare volebamus. Ulterius
forte dubitatur an cum demonstratio ... sit conditionalis utrum habet
conditionalis habet aliquid falsum vel impossibile vel enim plus
tali modo loquendi si totum moveatur a se ipso quiescente
parte i. si pars quiescit quiescet totum unde igitur dubitatur
an utrum talis suppositio sit falsa vel impossibilis. Dicendum quod propositionum
alie propositiones sunt cathegorice alie ypothetice et cum sint ypothetice
et conditionales alie habent aliquid verum alie falsum ypotheti-
ce et conditionales potest esse vera utroque ... quod si
sortes est homo quod est animal est si sortes volat habet alas
... tamen conditionalis est vera quod tamen aliquid non habet. Secundum au-
tem est una quod habet aliquid falsum et impossibile est igitur conditionalis
per mutationem. si pars quiescit totum quiescit quia non movetur
per se et primo. alia habet aliquid falsum ut in hiis in quibus est
impossibile partem quiescere. alia non habet aliquid impossibile ut in
corpore celesti in quo possibile est quiescere partem / dato tamen per
impossibile quod pars eius quiescat non movetur totum per se et
primo sed quiesceret. Igitur ypothetica propositio per quam plus probatur
totum ... quod si quiescat pars quiescat totum. Est vera

licet habeat aliquid aliquid impossibile. possumus tamen dicere quod si consideretur
totum motus phisice supponere partem quiescere est falsum et impossibile
non phisice supponitur quod motu per se et primo quiescat pars quod est
possibile aut ut dicebatur impossibile per supponi quia accidit to-
ti quod movetur a se ipso primo ut habeat partes sicut si triangulus
habet esse impossibile est si aliquid non habere esse. possumus tamen supponi quod re-
movetur ab eo habere esse remanente tale proprietati ipsi
triangulo quia accidit triangulo quod sit figura in eo quod habet esse.
Si igitur totum ponatur moveri per se et primo impossibile est quiescere
partem cum possumus distinguere de impossibili sicut distinguitur de ne-
cessario. Est autem duplex est necessarium quoddam absolute et simpliciter et quoddam ex sup-
positione. sicut omne quod est cum est necesse est sic esse dicitur quoddam est im-
possibile quoddam simpliciter quoddam ex suppositione. sicut omne quod non est
cum non est impossibile est esse. ponere igitur partem quiescere est impossibile simpliciter
in corporibus est tamen ex suppositione in aliis corporibus. non in quibuscumque
alio corpore. supponatur totum moveri per se et primo impossibile est quiescere
esse partem non quantumcumque totum a se ipso movetur per se et primo
dato per impossibile quod pars eius quiesceret adhuc totum movetur
per se et primo / sed tamen quiescente parte non moveatur totum per se
et primo impossibile est quod mobile per se ipso a se ipso moveri. Ulterius
forte dubitatur utrum demonstratio philosophi per quam probat non moveri
a se ipso sit de genere demonstrationum simpliciter vel sit de genere
demonstrationum que sunt demonstrationes signi. Dicendum quod sit quedam
demonstratio quia non est demonstratio simpliciter sed est demonstratio per signum.
hoc quidam non approbaverunt dicentes quod predicta demonstratio
est demonstratio simpliciter et continet causam. dicunt enim quod quedam in
quolibet genere est causa omnium aliorum ut in est sibi primo per aliquid. Sed mo-
tus in est mobili per partes. quia partes per prius mutant locum
quam totum ut probatur sexto in vi. quod in motu non invenitur
primum nec ex parte temporis nec ex parte mobilis nec spatii propter quod
divisibilitas horum vadit in infinitum. ulterius igitur mobile movetur se ipso
primo. quia non potest esse aliquod mobile cuius motus non dependeat ex
partibus. sed igitur istos tale diceret ulterius divisibile movetur a
se ipso primo quale si diceret ulterius divisibile est a se ipso. Et sic
ulterius per se est a se ipso primo. quia entitas eius dependet a parti-
bus unius divisibilis mobilis a se ipso primo quia motus eius dependet
ex partibus. possumus tamen si volumus tenere eorum sententiam et sic
si hec demonstratio esset demonstratio simpliciter et propter quid ut ibi dicetur
non a se ipso moveri primo quia totus motus dependet ex par-
tibus quia pars prius mutat locum quam totum ut probatur
in sexto ideo philosophus ut supra tangebatur non plus probat
nisi quod aliquod non movetur a se ipso primo quia quod movetur ab alio
primo. nam in motu quo aliquid movetur ab alio mo-
tus totus dependet ex partibus prout iste sunt de-
pendentia ex partibus nam in tali motu non est dare pri-
mum sed motum et cum aliquid movetur ab alio. sed pars prius
mutat locum quam totum. Sciendum igitur quod demonstrare
per signum est demonstrare per effectum demonstrare autem est de-

imitare partem. Cum igitur queritur si haec est: removeatur ab aliis
non removetur a tangendo. Primo ergo quia competit triangulo primo quod sit
arguetur haec est competit triangulo primo. Ergo si removetur ab
aliis non removetur a triangulo primo arguetur a posteriori sicut
sed si diceret haec est: si removetur ab aliis non removetur a tri-
angulo primo arguetur a posteriori et per signum. Sed sicut est
in affirmativis sic suo modo est in negativis, quia negativae ex
affirmativis sumunt robur. Si ergo haec est non competit tri-
angulo ergo si removetur a triangulo non oportet quod removeatur
ab aliis arguetur a priori et similiter quia arguetur ex differen-
tia quia est non primo quia sicut primo differtur quod prius est causa
aut principium non ipse per accidens sic non prius differt prius. Patet quia
prius est quod non est aut principium sed ipsum per accidens. Cum igitur philosophus arguit
non movetur motore seipsum primo ergo quiescente motore quiescente parte
te alterius arguetur similiter et cetera per causam. Nam haec est causa quare
movente quiescit per quiete alterius quia non movet seipsum primo sed
ipse arguit econverso. Ait enim quod quia quiescente motore quiescit per quiete
alterius ut per quiete partis ideo non movente movet seipsum primo.
Verum ergo est causa a posteriori et per signum.

Omne autem quod movetur et cetera. Postquam philosophus ostendit quod omne
quod movetur ab alio movetur, consequenter ista ex hoc ostendit quod est
devenire ad aliquod motorem primum immobile. Et est quod dicit, quia
primo probatio motus ostendit quod est devenire ad motorem immo-
bilem. Secundo comparat ipsos motus adinvicem ostendens quod motus
sunt comparabiles et qui non sunt comparabiles. Dubitabit autem aliquis.
Et est primo dicit quia primo facit quod dictum est. Secundo quia improbando quod est de-
venire ad primum motorem immobile supponitur quod movens et
motum sunt simul. Secundo quod movens et motum existunt
simul vel primum aliud movens. Et est primo dicit quia primo ostendit quod cum non
sit abire in infinitum in motoribus et motis. Si igitur omne quod
movetur ab alio movetur oportet devenire ad primum motorem immobile.
Secundo probat quod supponebat nullus quod in immobile et motis non est
dare abire in infinitum vel si enim non sed in infinitum. Dicit ergo
quod quia omne quod movetur movetur ab aliquo alio necesse est quod movetur sub
locali esse in loco et moveri ab altero et movens id lo-
caliter necesse est moveri ab alio quam seipsum moveri quod dicit
quod si hoc quod movet id quod movetur necesse est quod moveatur ab alio et
illud hoc quod post est movens si movetur necesse est quod moveatur
ab alio non autem ibit in infinitum sed stabit alicubi et
erit aliud quod primo erit causa motus vel erit aliud quod est primum
motor immobilis. ¶ Secundo autem quod sicut valet omne
animal ergo homo quia homo est quoddam animal sic valet omne quod movetur movetur
ab alio quia motus localis est quidam motus descendit ad hoc
specialiter ad motum localem quia cum intendat investigare
motorem primum. Congrue hoc investigare per motorem primum
qui est motus primus. ¶ Deinde cum dicit: Si vero non. Probat
quod in motoribus et motis non est abire in infinitum quod supposuit
suppositum in demonstratione premissa. Et hoc autem dicit quia primo
premittit quasdam suppositiones necessarias ad propositum. Secundo ex
illis suppositionibus probat intentum vel accipiatur ergo. Premit-
tit autem primo suppositiones duas. Prima est quod movens et motum
sunt simul. Secunda est quod si ponatur motoria infinita quod utrumque
movet motorem est accipere aliquod unum motum motorem. Est ergo sic quia
primo ponit suppositionem primam. Secundo ponit suppositionem secundam. Tertio
quia fecit mentionem de motu qui est in uno motu ostendit quomodo motus
habet esse in uno motu et quomodo non est in uno motu. Sed aliud est in
genere et specie. Secunda vel accipere ergo. Est vel quoniam autem omne quod movetur.
dicit ergo quod si non vel si non est status in motoribus et motus sed
in infinitum supposito hoc stare non potest ut patebit. Nam sit quod
a quod ab ipso b movetur b non quod ab ipso c et c a quod ab
ipso d et hoc ergo modo in infinitum accedat vel in infinitum procedat.
Quod ergo hoc non possit stare supponatur quod simul movens est
et ipsum quod movetur si enim ad motum movet motum simul est mo-
vens et movente cum ergo sit est in ipsis est quod simul movebitur a
et b. Nam cum moventur et b movebitur et a et cum movebitur a
moveri et ipsum b et cum moveri c movet et ipsum d. Omnia ergo
hic moventia et mota simul movebuntur. Erit ergo simul motus
ipsius a et ipsius b et utriusque reliquorum. ¶ Secundo autem quod
loquendo de motu per se locali de quo hic philosophus loquitur intendit
non est intelligendum quod ad motum vel motum et tamen non simul mo-
veatur movens et motum. Utrum autem in aliis motibus
hoc habet locum in hoc VII et in VIII declarabitur. ¶ Deinde
cum dicit: Et accipietur ergo. Ponit secundam suppositionem dicens quod
accipere possumus unumquemque istorum vel secundum unumquemque istorum motum
motum scilicet aliquem unum numero et finitum et nam si unumquemque is-
torum motum movetur ab unoquoque et non est ibi dare motum non mo-
veatur ab alio primum vel non potest accipi unumquemque motum
unum numero et hic motus non erit infinitus nullus vel in-
finitus. ¶ Secundo autem probat secundam suppositionem in hoc consistit
quia quantumcumque movens et mota sint infinita secundum unum cui-
cumque motum secundum se competit motus unus quod numero quod motus
non est infinitus numeris quia est terminatus et finitus non nam
omnis motus ut dicebatur in VI est ex quodam in quoddam et
est extremo medium. Et ad hoc quod pronuntiatur ad tamen aliquod de-
terminatum in nullo motu potest infinitum tempore ipse enim motus
declaravit ut terminatur ad aliquod tamen ut terminatur non du-
rat per infinitum tempus. Si autem duret secundum plurimum per infinitum
tempus hoc est quia saepius reiteratur declaratio. ¶ Deinde cum dicit:
Quoniam autem. Quia fecit mentionem de motu uno numero ostendit
quomodo motus est unus numero et quomodo non est unus numero. Sed est
unus specie vel genere. Ideo ait quoniam autem quod movetur ex quodam in
quoddam vel extremo in terminum ideo ponere terminos et ponere aliorum
qui concurrunt ad motum accidit motum aut esse eundem numero
aut genere aut specie numero. Quod ergo dicit eundem esse motum
qui est ex eodem in idem numero et qui fit in eodem tempore numero ut
motus qui est ex hoc albo quod est unum numero in hoc nigrum et

secundum hoc tempore est unum numero. nam licet secundum aliquod tempus vel secundum aliquam tamen
differentiam uno adhuc non erit unus motus numero sed
specie. nam ad diversos terminos secundum speciem non potest esse idem motus
numero licet possit esse idem specie. Videtur autem quod unus motus genere
est qui est in eodem predicamento vel qui est in eodem genere in predicamento
generis sicut alterius. sed specie est idem motus qui est ex eadem specie et
idem specie vel in eandem speciem ut ex albo in nigrum aut
ex bono in malum. omnis enim depravatio que est ex eadem specie
boni in eandem speciem mali est eadem specie. addit autem quod
hec dicta sunt in prioribus nam in quinto de talibus determinatum
est. Deinde cum dicit. accipiantur igitur premissis
predictis suppositionibus in parte ista probat intentum omnes quod in
moventibus et motis non est abire. esse quod est. quia primo addu-
cit quandam demonstrationem ad propositum. secundo dat instantiam contra
demonstrationem istam. tertio supplet demonstrationem quod deficiebat.
secunda ibi. sit igitur quid. tertia ibi. sed sic movere. continue sic. supponimus
est quod si ad motorem motum sit est movens et motum et sit
motus moventis et moti. id est quod cessat movens movendo movetur
cessat moveri quod movetur ab ipso. Rursus supponimus est quod
si essent moventia infinita secundum numerum. quia licet tamen moventur infinite ac-
ceptum possint habere unum motum numero qui esset finitus
et terminatus et qui fieret in tempore finito his suppositis probat in moventibus
et motis non est abire in infinitum. nam accipiatur igitur
motus qui est ipsius a. et sit in quo est e. et quod est c. et d. sit
motus ipsius d. z. sit motus in quo est z. et quod est c et d.
sint motus in quo est v et e. et tempus in quo est a. sit k.
determinato autem motu ipsius a. determinatum erit et tempus. et namque
quia non est infinitus motus ipsius a. non erit infinitum tempus
quod est k. in quo tempore sit ille motus a. igitur movetur in tempore
finito. sed in eodem tempore motum est a. et b. et unumquodque reli-
quorum moventium. sed motus ipsius a. fit in tempore finito. igitur mo-
tus infinitorum mobilium fit in tempore finito. ideo videtur quod
accidit motum qui est e. z. t. l. motum omnium moventium cum sit
infinitus moveri. id est fieri in tempore quod est k. in quo enim tempore mo-
tum est a. et omnia moventia infinita que sunt continue mota sunt
quia in eodem tempore movetur hec moventia cum tempore a. si a. movetur in
tempore finito igitur infinita mobilia et per consequens infinitus mo-
tus erit in tempore finito quod est inconveniens. addit autem et namque
motus qui est ipsius a. et qui est ipsius b. aut ponatur quod erit
equalis aut quod erit maior non differt quia perinde quantum ad hoc
modo ponatur accidit infinitum motum moveri. id est fieri in tempore
finito hoc autem est impossibile. igitur et quod sequitur nihil quod possint
esse moventia infinita et quod in moventibus et motis eatur in in-
finitum. Isto autem quod ut patet ex dictis. hoc vero fundatur in
duobus fundamentis. primum est quod non plus durat motus
omnium moventium quam motus ipsius a. nam licet est motus mo-
vens et motum et ea que sunt et eodem tempore sunt habent
equalem durationem in eodem et per equale tempore durabit motus

ipsius a. et omnium aliorum fundamentum est quod motus ipsius a est
finitus et fit in tempore finito quia si hec moventia sunt infinita sequitur
quod in tempore finito sit motus infinitus quod est inconveniens.
Videtur autem quod quia [illegible] philosophus [illegible] quod motus ipsius b.
sit maior vel minor possit esse quam motus ipsius a. hoc autem
non est simile nam cum sit movens a. et b. et unumquodque aliorum mo-
bilium et tamen durat motus omnium mobilium quam motus
unius sequitur quod non erit maior aut minor unus motus quam
alius. Nota quod hic philosophus loquitur de motu pure locali in quo
non interrumpitur [illegible] alius motus. nam si sit cum motu loca-
li concurrit motus ad formam quantumcumque movens movendo motum
non oportet quod terminatur motus moventis et moti sicut ut si quis cum
baculo vel cum aliquo alio instrumento verberet aerem
et rarefaciat ipsum propter rarefactionem ad generationem in aere
non oportet quod quamvis verberans desinat verberare vel quam verbe-
rans desistit a motu suo quod aer desistat a motu
suo. non desinit enim aer moveri statim cum verberans de-
sinit verberare. sed sic est in pure motu locali si non movetur
motore nisi motum ab alio statim cum movens desinit movere
oportet quod motum desinat moveri. quia si movens et motum motorum
sit et eodem tempore erit motus moventis et moti. potest igitur motus
dici secundum quantitatem temporis [illegible] philosophus motus ipsius a. non
potest esse maior et minor quam ipsius b. immo secundum hunc modum
tantus erit motus unius quantus motus ut argumento [illegible]
quantum motus omnium aliorum. unde quia motus non solum dicitur
[illegible] secundum divisionem mobilis. ideo licet motus a. et b. sint equales
quantum ad tempus non oportet quod equales possunt dici secundum divisionem
mobilis. est igitur intentio philosophi quod motus ipsius b. nam secundum quod motus
dicitur divisione temporis. sed potest dici divisione mobilis. quia non oportet a.
et b. esse moventia equalia. possumus autem quod diximus maiore per
exemplum. videmus enim in supercelestibus quod spera superior revolvit speram
inferiorem tempore igitur quantus durat motus spere superioris tantum
durat motus inferioris loquendo de spera que habet speram inferiorem a
superiori. omnis enim spera raptu firmamenti ut communiter af-
firmant astrologi inter diem et noctem esse sua vertuntur. sit
igitur loquendo de tali motu quanto tempore erit motus spere inferio-
ris tanto tempore durat motus omnium sperarum aliorum. attamen pot-
est motus dici divisione mobilis. cum spera superior sit maior
spera inferiori loquendo de hoc motu quod habent spere a raptu fir-
mamenti maior et velocior erit motus spere superioris quam
inferioris. quia patet solo ad circuitum [illegible]
quod dicta sunt clarius intentio philosophi quam in moventibus et motis
[illegible] secundum ordinem quamdiu durat motus unius tamdiu du-
rat motus omnium aliorum. ut quantumcumque durat motus orbis
lune loquendo de motu qui fit raptu firmamenti tamdiu durat
motus omnium aliarum sperarum loquendo de motu quod habent a tali
raptu. cum igitur motus unius moventis fiat in tempore finito. si
talia moventia ponerentur infinita motus infinitorum moventium

fieret in tempore finito quod est inconveniens. Secundo ergo demonstratio sit accepto motore uno cuius motus est equalis motui alterius prout motus dicitur divisione mobilis, non tamen oportet quod sit equalis ut patet per alia, ut dicitur divisione mobilis. ¶ Deinde cum dicit: quod autem, instat contra demonstrationem predictam dicens quod licet quod ... demonstratum a principio, scilicet quod est possibile infinitum, non tamen demonstratio efficitur per id quod non est inconveniens accidit, scilicet non est inconveniens unum accidere per ea que dicta sunt. Contra, scilicet ut non potest contingere in tempore finito esse motum infinitum non eundem, scilicet eiusdem mobilis, sed alterum et alterum, scilicet aliud et alterius existentibus non motis, scilicet mobilibus infinitis et infinitis, quod quidem accidit in hiis que nunc, scilicet in proposito; supra non videtur esse inconveniens quod talium infinitorum mobilium sit motus in tempore finito. ¶ Consequenter autem huic instantia in hoc consistit quod si omnia sunt mobilia quorum motus dicitur esse infinitus essent unum mobile, esset inconveniens quod motus eius esset in tempore finito, quia magnitudo infinita non potest moveri in tempore finito; sed cum sint talia mobilia non esse unum mobile, quia hic motus infinitus possit esse in tempore finito non est impossibile. ¶ Consequenter contra quod licet omnia mobilia hic sint unum mobile sed sint dispersa et separata, tamen est inconveniens motum infinitum fieri in tempore finito, cum magis evidenter et magis expresse apparet inconveniens tale si in mobilia ponantur esse unum mobile quam si dicatur esse divisa et separata; ideo instat contra predictam demonstrationem et dicit quod non efficaciter arguit, quia non sic minus est esse hoc inconveniens per demonstrationem predictam sicut minus est per primo quod supplebitur in sequentibus. ¶ Deinde cum dicit: sed si quod movetur, supplet demonstrationem predictam dicens quod si quod movetur primo, quod movetur ab aliquo motore, ... et ... talem motum, si tale sit motum necesse est tangi aut esse continuum motori, sicut visum est in omnibus contingere, quia ipsum movens attingit motum. Omnia ergo hec mobilia se contingunt sicut omnes sphere celestes se contingunt, ipse scilicet una attingit aliam eo quod una revolvit aliam. Si ergo hec mobilia infinita se contingunt in eo quod unum movet alium, erit, scilicet poterit contingere in omnibus, scilicet ex omnibus unum; poterit scilicet ex omnibus talibus mobilibus fieri ipsum unum totum quod aut unum continuum corpus. Hoc ergo est quod contingens et potentia accipiatur, scilicet ponatur esse quod sit magnitudo una aut continuum unum corpus in quo est a b c d, motus autem huius magnitudinis est e z b t (?). Dicit autem hic vel magnitudinem finitam aut infinitam facere, quia sive hec magnitudo tota movetur in tempore finito quod est ... aut sive sit finita aut infinita, ergo quantum ad hoc non movetur talis magnitudo in tempore finito; non refert utrum sit finita vel infinita. Sed utrumque horum, scilicet magnitudinem finitam et infinitam supra motam in tempore infinito est impossibile. Impossibile est ergo hec mobilia se mota et se contingentia esse infinita, quia accidit ex hoc quod magnitudo infinita moveatur in tempore finito sicut magnitudo finita; et quia hoc est inconveniens, manifestum est ergo quod stabit aliquid, scilicet quod erit status in mobilibus et motis et non abibit in infinitum eo quod ipsum movetur ab alio. Non enim est possibile quod hoc moveatur

ab alio et illud ab alio et sic in infinitum. Sed erit aliquod ad quod movens primum, scilicet quod est primum motum. Sic supra est, ad quod est primo ad movens immobile. Addit autem quod non hec demonstratio concesso quodam posito, quia concesso continuo, scilicet posito, non inconveniens oportebat accidere in consequens. ¶ Consequenter autem quod impossibile non sequitur ex posito dato sed quod possibile sit falsum. Omnia ergo ista mobilia contingere erat possibile; si ergo sequitur inde impossibile, ut sequitur quod magnitudo infinita moveatur in tempore finito, hoc impossibile non sequitur ex possibili posito, nisi quod ex tali illorum mobilium sit, sequitur ex eo quod talia mobilia posita esse infinita. Cum ergo impossibile est talia mobilia esse infinita, impossibile est ergo quod in mobilibus et motis eatur in infinitum. ¶ Dubitatur circa dicta, quia non videtur omnia continuata mobilia se contingentia continuari posse, verbi gratia, quod elementa se contingunt, celum et concava ipsa elementa, quia supremum ignis attingit infimum sphere lune; sed ergo non sit inconveniens elementa continuari adinvicem, tamen celum cum ipsis elementis continuum non ... quod hoc dicit ... quod omnia mobilia se contingentia continuari possunt. ¶ Ad quod ad hoc videtur communiter et verius intendit hic arguendo de motu ... et de mobilibus ... quod omnia mobilia se contingentia non possunt ... hoc non est ratione qua corpus vel ratione qua mobile vel ratione qua tale corpus vel tale mobile corpus, scilicet ... corpus est non repugnat quin continuari possit corpori continuo, scilicet corpori quod attingit. Sed contra hoc forte communiter dicitur obiciendo ad ... intentio philosophi est quod est devenire ad motorem primum et quod in mobilibus et motis non est abire in infinitum. Cum ergo inter primum motorem et corpora sunt intelligentie et substantie separate, si omnia mobilia et mota ordinata continui dicantur, continuabuntur intelligentie cum corporibus, quod est impossibile non solum ratione qua tale corpus sed et quia corpus, scilicet ... corpori est repugnat quod continuetur cum substantiis separatis. Ad quod dicendum quod si consideremus textum philosophi, non philosophus arguit nisi quod est dare devenire ad aliquod in mobile ... et ipse non ideo probat quod est devenire ad motorem immobilem, quia omne quod movetur ab alio movetur non accipiatur motus ipse sed quod reperitur in corporibus et inferioribus partibus. Non philosophus ergo arguat ratione philosophi nisi quod in mobilibus et motis corporalibus in quibus motus reperitur ipse non est abire in infinitum, sed est devenire ad aliquod ipsorum corpus primo motum quod non movetur ab alio ab alio ... non movetur ab aliquo quod moveatur per se et ipse ... hoc demonstratur loquendo ... quod non in ipsis substantiis separatis sit ordo et quod sit devenire ad motorem penitus immobilem per se et per accidens et abire ... declarabitur in VIII. Sufficit ergo ad huiusmodi intentionem philosophi quod ipsa se contingentia continuari possunt. ¶ Ultimus forte dubitatur circa dicta, quia non videtur inconveniens magnitudinem infinitam continui moveri in tempore finito. ... corpus continuum sit totum motum per quam totum. Dato ergo quod esset corpus infinitum ex equo sit totum motum, non est ipsum inconveniens infinito moveri in tempore finito. ¶ Ad quod est quod hic philosophus supponit quod nunc dicitur corpus quod protenditur ad spatium.

supponit enim quod impossibile sit aliquod mobile quod non possit pertransire ad spatium immo per oppositum ad spatium non dicitur corpus mutare locum secundum se totum nisi secundum se totum pertranseatur ad spatium in tempore infinito ut probabatur in vi. impossibile est autem aliquam magnitudinem infinitam moveri localiter secundum se totum et pertransire ad spatium in tempore finito. sic enim intelligenda est mens philosophi. nam unus in superioribus speris quod spera una revolvit aliam et loco deraptum firmamenti ut dicebatur quibus spera infra diem et noctem completur deinde ita quod tempore appareat in hoc motu una spera tamen apponit omnes speras simul. si igitur infinite erunt tales spere et omnes continuarentur et fient unum corpus continuum tunc illi motui debebitur infinitus motus. infinitum igitur corpus movetur secundum se totum in tempore finito et erit infinitus motus in tempore finito quia quotcumque ponantur tales spere et si infinite erunt stante hac ypothesi movebuntur in tempore finito. quod vero dicebatur quod tota magnitudo continua movetur simul ut patet per significatum motus magnitudinis continue per oppositum ad locum est successive. quia tota simul mutat locum licet omnes partes simul moveantur quia cum extra ypothesim ut patet philosophi sequitur quod magnitudo infinita secundum se totam mutet locum et pertranseat ad spatium ut puta quod tota terra in tempore finito quod hoc est inconveniens inconveniens est ex quo sequitur multa quod talia mobilia possint esse infinita et in corporibus mobilibus et motis sit abire in infinitum hoc autem inconveniens maxime apparet in hiis que se moveant ad invicem declaravit ut patet per primam celi quod forte idem philosophus talem demonstrationem adduxit quod motus pure localis magis reperitur in corporibus motis declaravit quam in aliis. Unde in istis magis dubium est utrum corpora supercelestia vadant in infinita quam utrum corpora elementaria que continentur infra lunarem globum. infra hoc igitur supercelestibus corporibus efficacior est demonstratio philosophi quia motu isto quo una revolvit aliam omnis movetur in tempore equali et in tempore finito quia si tales spere essent infinite infinitus motus esset in tempore finito quod est inconveniens. ¶ Ultimus sciendum dubitatio de eo quod philosophus ait quod non videtur hic magnitudinem ponere finitam. hoc autem non est verum quia si ponatur infinita est inconveniens eam moveri in tempore finito sed si ponatur finita non est inconveniens.

¶ Ad quod sic intelligendus est textus philosophi quod ponere talem magnitudinem finitam vel infinitam stante tali ypothesi non differt id est nulla differentia est quantum ad tempus in quo movetur talis magnitudo. nam in tempore finito movebitur talis magnitudo sive sit finita sive infinita non est intelligendum nullam ibi esse differentiam quantum ad adequationem temporis sed nulla est differentia ratione temporis quo mensuratur motus hic magnitudinis et ille cum igitur sit impossibile quod sit secundum utrumque enim secundum totum situm infinitum fiat motus in tempore finito impossibile est ex quo sequitur multa in corporibus mobilibus et motis sit abire in infinitum.

Primum autem movens et cetera. quia philosophus supposuit in rationibus precedentibus movens et motum simul esse. Inpresentiarum probat quod

supposuit. esse quod dictum fuit quia hoc supponit quod intendit. Secundo probat quod dixerat. ibi quoniam autem tres sunt. dicit igitur quod movens primum motum in medio non sicut quod est causa eius motus id est non tale movens quod se habet ut finis quod dicitur causa eius motus quia finis est causa causarum sed id movens quod est unde principium motus id est quod est causa efficiens motus tale movens est simul cum eo quod movetur. Dicit autem simul. autem dico quod nihil est medium ipsorum id est nihil est medium inter ea. consequenter hoc est commune in omni quod movetur et movente motum. Semper enim movens et motum sic accipiatur movens proximum sunt in medio et inter ea non est medium. ¶ Sciendum autem quod hic movens efficiens si sit proximum semper sit immediatum ei quod movetur movens causa ut finis quod dicitur esse causa motus quia finis est causa causarum movens tale non oportet semper attingere id quod movetur unus enim quod pomum moveat amantem. Unde ratione finis licet sit sic separatum ab eo et distans ab ipso. ¶ Secundo sciendum et sic intelligendum esse movens et motum esse simul non quia sint in eodem loco ut si manus impellit lapidem non oportet quod manus impellit lapidem non oportet quod manus et lapis sint in eodem loco. sed sufficit quod inter manum et lapidem non cadat aliquod corpus medium ad hoc quod manus primo et immediate moveat lapidem corpus igitur movens aliquod corpus sic movens proximum dicitur esse simul cum eo non quia sit in eodem loco cum ipso. sed quia inter ista duo corpora non cadit corpus medium. sed si intelligatur movere aliquod corpus ut continuatur esset simul cum eo quia esset in eodem loco cum illo corpore nam intelligentia secundum ipsam non determinatur ad locum nisi ratione corporis quod movet id est ratione corporis quod dicatur a loco. ¶ Secundo sciendum quod secundum communiter quod hic probatur sic definit ad demonstrationes premissas. nam ibi supponebatur quod movens et motum se attingebatur quod potuit simul continuari et sic in unum corpus id hoc hic approbatur. scilicet quod movens primum et proximum et id quod movetur simul sunt et se attingunt et inter ea non cadit medium.

Deinde cum dicit. quoniam autem tres. probat quod dixerat esse quod dictum fuit quia primo distinguit tria genera motuum. Secundo exsequitur de eis omnibus in quolibet tali motu simul movens et motum ubi. omne igitur quod fertur. dicit quod tres sunt motus unus quod motus qui est secundum locum et qui est secundum qualitatem et secundum quantitatem. quia igitur sic est necesse est esse tria genera mobilium in quibus simul sunt super omnibus est movens et motum. addit autem quod hic motus nominantur dicitur quod quidam igitur motus qui est secundum locum dicitur loci mutatio quidam vero secundum qualitatem dicitur alteratio. quidam vero est secundum quantitatem dicitur augmentum vel decrementum de hiis. igitur dicit est sed hic primo dicamus de loci mutatione quia talis est primus motuum. ¶ Secundo autem quod hic pretermittit generationem et corruptionem quod forte id fecit quia generatio et corruptio non sunt motus vel forte ut dicit aliquis magis est in generatione quod generans est simul cum generato quam in aliis motibus. nam si ignis corpus aerem generat ignem oportet ignem esse proximum aeri quem corrumpit. sic in aliis motibus non est sic nam unus enim adamantem trahere ferrum et si sit distans ab eo. vel possumus dicere quod generatio et corruptio fiunt ex alteratione. si igitur probatur quod in alteratione simul est movens et motum probatum erit quod simul

oportet esse generans et generatum. ¶ Deinde cum dicit. Omne igitur quod fertur etc. exequitur de primis motibus. Et circa hoc tria facit, secundum quod tria sunt hi motus. Primo igitur ostendit quod in motu locali simul sunt motor et motum. Secundo ostendit hoc in motu alterationis. Tertio ostendit hoc in augmento et decremento. Secunda ibi, At vero neque alterans. Tertia ibi, Quod augetur et augens. Motum autem localem dividit in duo, quia quidam motus existunt, scilicet ex principio intrinseco. Secundo ostendit hoc idem in his quae moventur a principio extrinseco vel quae aguntur ab alio. Dicit igitur quod omne quod fertur aut fertur a se ipso aut ab alio. Si quidem igitur fertur a se ipso manifestum est quod ipso movente existente simul motor et quod movetur manifeste, quia mobile, scilicet intrinsecum, vel quod movetur et quod movet. ¶ Sciendum autem quod hic philosophus dicit ad posse moveri a se ipso non quod ad motum tantum, sed dicit hic moveri a se, scilicet motum a principio intrinseco et quod est divisibile in talia duo quorum unum est per se movens et aliud per se motum, ut animal quod dividitur in animam et corpus, et anima est per se motor et corpus per se motum. In talibus igitur motibus est motor et quod movetur ut ad ipsum aliud est aliud corpus sicut partes sunt in toto et non est medium inter ea, quia non est aliquid medium inter animam motorem et corpus motum. Anima enim per suam virtutem immediate attingit corpus. Anima non solum ut est forma, sed etiam ut est motor quodammodo attingit corpus. ¶ Sciendum autem quod anima aliter attingit corpus, corpus immediate ut est forma et non ut est motor, quia ut est forma attingit ipsum immediate per suam essentiam, sed ut est motor attingit ipsum immediate per suam virtutem. Videtur tamen propter hoc quod anima ut est motor non attingit ipsum mediante virtute, quia ad ut est agens et ut est motor non debet separari a sua virtute. Ibi enim ut est coniuncta virtuti habet rationem agentis et motoris. Ipse igitur motor dicitur attingere ad immediate, sicut aliquid immediate attingat aliud. ¶ Deinde cum dicit. Quae autem ab alio. ostendit esse simul motorem et motum in his quae moventur ab alio. Et circa hoc tria facit, quia primo distinguit hos motus. Secundo exequitur de unoquoque talium motuum ostendens quod hoc habet esse in utroque istorum. Tertio ostendit quod in motibus talibus mobilibus simul habet esse motor et motum. Secunda ibi, Pulsionis quidem. Tertia ibi, Manifestum est igitur. Dicit igitur quod id quod movetur ab alio movetur quadrifariam. Motus enim qui fiunt ab alio sunt quattuor, videlicet pulsio, tractio, vectio et vertigo. Et namque omnes alii quasi motus, sicut congregatio et segregatio, inspiratio et expiratio, et ceteros alios motus et tales accidit reduci in hos quattuor. ¶ Sciendum autem quod hi quattuor motus sic accipiantur quod hi quattuor quidam sunt per se, quidam per accidens. Tria enim sunt per se et unum per accidens, quod enim trahitur et quod pellitur et vertitur movetur per se. Sed quod vehitur et quod portatur non movetur nisi per accidens, et quia motus per accidens innititur motui per se, quod vehitur et quod portatur non movetur nisi per accidens, ut patebit, vel existit in eo quod pellitur vel in eo quod trahitur vel in eo quod vertitur. Si enim aliquis existens in ligno portaretur, videre est vel oportet quod lignum illud traheretur vel quod pelleretur vel verteretur. Posito enim quod aliquis existens in dolio per-

verti, si dolium vertetur. Propter hoc igitur vectionem differre ab aliis tribus, sicut hoc quod est per accidens differt ab eo quod est per se. ¶ Sciendum autem alios tres motus sic differre ab invicem quia quidam eorum sunt simplices, quidam compositi. Tractio enim et pulsio sunt motus simplices. Vertigo autem est motus compositus. Componitur enim vertigo ex tractu et pulsu. Vertens enim ad se trahit et pellit. Trahit enim partes inferiores et pellit superiores. Sic igitur differt vertigo a pulsu sicut compositum a simplici. Causa hoc quare horum motuum possit esse per se. Vertigo tamen est motus compositus. Pulsus et tractus sunt simplices. ¶ Sciendum ad pulsum attractum quantum ad praesens dicitur differre per quod vertigo terminatur pulsum vel incipit. Pulsus enim semper terminatur ad aliud. Tractus autem semper inchoatur ab alio. Secundo dicitur quia in pulsu sunt duo termini, unus a quo et unus ad quem. Quidam enim pellit, pellit ad aliud. Sed potest pellere a se vel ab alio. Unus est terminus ad quem in pulsu, quia semper est terminus in quo est aliud. Sed duo sunt termini a quo, videlicet ipse vel aliud. Pulsus enim potest in opere vel a se vel ab alio. In tractu autem e contrario est unus terminus a quo et duo ad quem. Tractus enim semper incipit ab alio, potest autem trahi vel ad se vel ad aliud. ¶ Deinde cum dicit. Pulsionis quidem igitur. exequitur de his motibus. Et circa hoc quattuor facit, quia primo exequitur de pulsione. Secundo de vectione. Tertio de tractu. Quarto de vertigine. Secunda ibi, Vehitur aliquid. Tertia ibi, Tractio autem. Dicit igitur quod pulsionis quidem due sunt species, alia quidem est impulsio, alia expulsio. Nam impellens pellit. Differt autem impulsio ab expulsione, quia impulsio quidem est cum movens non deficit ei quod movetur. Expulsio autem est cum expellens deficit ei quod expellitur. Quando igitur pellit lapidem dimittendo ipsum dicitur ipsum expellere. Sed pellens ipsum si semper coniungitur eidem et numquam dimittit ipsum dicitur ipsum pellere. ¶ Deinde cum dicit. Vectio autem. declarat de vectione dicens quod vectio consistit in tribus aliis, id est in tribus motibus, ut habet alia translatio. Nam oportet quod vehitur non esse quod per se movetur sed quod per accidens. Nam eo quod movetur aut supra id numquam quod movetur quod vehit nisi per motum eius quod vehit vel quod portat ipsum. Sed ipsum vehens et ipsum portans cum movetur pulsu aut tractu aut vertigine ductum. Manifestum est igitur quod vectio existit in tribus motibus. ¶ Dubitaret forte aliquis quia non semper videtur quod vehens et portans moveatur pulsu. Aut enim equum portare ascensorem ipsum tamen aliquis movetur existente non oportet quod moveatur pulsu aut tractu aut vertigine ductum. ¶ Dicendum quod semper ea quae sunt per accidens reducuntur in per se, quia igitur quod vehitur et quod portatur semper movetur per accidens, sic loquitur de vectione sicut loquimur de motu per se in quem reducitur hic motus per accidens

iste autem quod vehitur potest vehi et portari super eo quod movetur per se et super eo quod movetur ab alio. cum ergo portatur super eo quod movetur ab alio, vel cum portatur super eo quod movetur ex se, ut puta si portetur super aliquo animali, tunc vectio vehiculi in motum per se. sicut ergo in motu ex se sicut est movens et quod movetur, oportet quod in tali vectione sit movens et quod movetur. De tali ergo vectione non loquitur philosophus sed quod in hac vectione sit movens et quod movetur supponit ex dictis in hiis quae moventur ex se. loquitur ergo hic de eo quod vehitur super eo quod movetur ab eo et quia motum ab eo si non moveatur a se oportet aut pulsu vel tractu vel vertigine duci, ideo oportet hanc vectionem esse in aliquo trium motuum. ¶ Deinde cum dicit: tractio autem. declarat tractum. et est quod dictum est quia prius ostendit quot modis habet fieri tractus. secundo declarat omnes alios modos tractus reduci ad istos duos modos, ibi: et reliqui tractus. dicit ergo quod tractus est cum sit motus velocior ipsius trahentis ad se ipsum vel ad alterum et hic motus trahentis sit dictus esse velocior quam motus tracti quod non debet esse separatus ab eo quod trahitur. quod autem tractus sit ad ipsum vel ad alterum patet quia nam ad ipsum vel ad alterum est tractio. ¶ Considerandum autem quod id quod trahitur ad partem istam ad quam ordinatur ut grave per tractum deorsum. unde ergo oportet quod motus trahentis sit velocior quam motus tracti quia si grave trahens deorsum non moveretur velocius quam ipsum grave nullo modo traheret ipsum. sed si id trahat contra inclinationem suam ut sursum, tunc non oportet quod velocius trahatur quam si moveretur naturaliter. non oportet quod velocior sit tractus lapidis sursum quam motus eius deorsum. unde ergo in omni tractu universaliter habetur quod velocior sit motus trahentis quam tracti debet exponi velocior id est vehementior et fortior virtute et innatur. nam si non trahens esset velocior et fortior quam illud tractum nullo modo traheret ipsum. ¶ Deinde cum dicit: et reliqui tractus. ostendit quod alii modi tractus reducuntur in hos duos modos, scilicet in tractum ad se vel tractum ad alterum. dicit quod reliqui tractus sunt idem specie cum aliis duobus tractibus et reducuntur in hos tractus, ut inspiratio, quae est tractus aeris ad se, et exspiratio quae est pulsio aeris ad alterum et spuitio quae est emissio sputi ad alterum, et quaecumque corporum, id est demissiones, sunt emissiones sunt sive tractus ad se, in quantum sunt emissiones vel tractum ad se in quantum sunt receptiones, ut spathesis id est ductio spatae, et kerkesis id est ductio instrumenti textoris. in omnibus ergo hiis aut est congregatio ipsorum, id est quae est contractus ad se, aut est disgregatio, id est quae est tractus ad aliud. multi textores id est diversas spatam vel trahunt ipsam ad se

in nobis esse delectationes et tristitias ¶ Secundo autem quod virtus
et malitia dicuntur in tristitiis. quia ut probatur secundo ethicorum
consequenter generant habitus delectationem et tristitiam sunt in opere
omnis. in huius habitum virtuosum vel viciosum delectatur
in huius que sunt secundum habitum i. et tristatur in huius que sunt contra
oppositum. ¶ Deinde cum dicit At vero neque. probat quod
non habet esse alteratio in habitibus consequentis et esse parte intellec-
tiva. et quod dicitur secundo dicitur probat intentum. Circa hunc igitur
actus. dicit ergo quod at vero neque in intellectiva parte animae
est alteratio quia sciens et universaliter habitus intellectus maxime
dicitur ad aliquid. et ad aliquid autem non est alteratio neque motus ut
habitus consequentius sit ad aliquid. In hunc quia secundum nulla po-
tentia nobis motus id est similiter motus fiat in parte
potentia intellectiva sciens est in nobis quod est scientia in fit in nobis
scientia. sed cum existunt quidam id est cum sint quaedam exper-
entia in parte sensitiva ad generatur in nobis scientia
unde subdit quod circa experientia que est secundum partem sensitivam
accipimus universalem scientiam. ¶ Dicit ibi quod sine
hic philosophus nolle quod habitus consequentes omnis sit ad aliquid et
quod nulla innovatio fit in intellectu ex eo quod in eo habet
esse scientia. sed solum fit talis variatio esse parte sensitiva sicut
columpna que erat sinistra autem fit ei dextera nul-
la mutatione facta in columpna sed solum mutatione facta in
isto. ¶ Sed quod secundum quosdam hic loquitur philosophus secundum opinionem plato-
nis qui posuit species separatas et quod participatione
formarum separatarum secundum quam ponit magis consequens quod nulla in
novatione facta in intellectu fiat in nobis scientia sed secundum
hic nomen scire erit quoddam reminisci et fiet in no-
bis scientia non recipientem in intellectu ad esse. dicit
ergo isti quod hic fecit philosophus quod loquitur hic secundum positionem platonis
quia consuetudo sua est autem quando quidem probet positionem propria
in propositionibus aliorum. sed non videtur bonum credere quod ipso
modo intentionem philosophi secundum sup fundamentis falsis
nunquam. unde arguere exponitur falsis in uellem
arguere contra ponentes ponentes istas quia tunc expediret
eorum licitum esset arguere contra eos. possumus ergo dicere
quod in parte intellectiva absque alteratione propria per se
scripta recipimus species secundum actionem et polluto
per ab ipso speculo ut fit reuibratio speculo

receptio intellectiva non sensibilium. unde secundum est ergo quod scientia est ad aliquid et
non est quod sicut in ad aliquid est motus per accidens. quia alteratione
facta esse ad aliquid ipsa relatio sic unus quod alteratione facta esse
ad. cum esse parte sensitiva atque in nobis scientia. non ergo est inten-
tio philosophi quod nulla receptio fiat in intellectu. sed intentio
eius est quod talis receptio alteratio dicitur non proprie. quia esse scientiam
non est alteratio per se sed per accidens quia non fit alteratione per
prius in intellectu. sed ratio in esse eo aliquo quod est sensibile et
receptio per se facta alteratione in alio fit in nobis scientia per
habitus consequentes ¶ Deinde cum dicit neque igitur actus. probat
hic dictum ratione sumpta ex parte actuum intellectivorum esse
quod dicitur secundo quia primo probat hic per actus intellectivum sequentem
scientiam. secundo per precedentem ipsum ibi quod ex principio. Ad de-
monstrandum autem primam rationem sciendum quod alteratio est quidam actus
imperfectus et est via in formam. si ergo habitus sciendi atque per
alterationem per se oportet dare aliquos actus qui sunt quedam alteratio
per se atque scientia non autem possumus dicere quod actus intellectivi
sequentes habitum non sunt generatio sciendi vel sicut alteratio que est
via in scientiam quia tales actus non sunt ad scientiam non esse
via in scientiam. sed magis sunt quod habent esse scientiam et sunt effectus
via in scientiam. sic ergo per actus sensitivos non generatur sensus non esse
sentire sic ergo per actus intellectivos non generatur sensus non esse
actus tales actus generationis non sunt alteratio que sunt via
in sensum. sic habitus sequentes habitum non generant habitum
precedentem ipsum non sunt via in naturalem habitum. hic est ergo quod at
quod neque ergo sunt sequentes habitum est generatio illius habitus sed dicit
ditat respectum id est visionem et tactum esse generationes
sensuum. hic autem actus non generant sensus. sed magis ge-
nerantur ab eis sicut in intellectu actu sequentes habitum
efficiantur habitum ipsum. sed magis efficiuntur ab ipso.

¶ Deinde cum dicit que est ex principio. ostendit quod alteratio non est esse
scientiam quantum ad actus sequentes eam. quia tales actus
non sunt motus neque alteratio esse scientiam id probat quantum
ad actus precedentes ipsam per quos generatur scientia. est autem
primo vero sua talis generatur magis per quietem quam per quiete
actus generantes ipsum non sunt proprie neque motus. sed scientia
magis efficitur per quietem quam per motum. ergo actus precedentes
scientiam et generantes ipsam non proprie sunt alteratio neque
motus. nullo ergo modo est proprie alteratio esse scientiam neque quantum
ad actus precedentes neque quantum ad actus sequentes. primum
ergo ratione sic procedit quia prius autem quod scientia magis atque in
quiete quam in motu secundum quod dixerat inactibi. sic ergo neque
dicit ergo quod ea que est acceptio sicut ex principio quantum ad ac-
tus precedentes ipsam per quem atque scientia habitus que est via in scientia
non est proprie generatio neque alteratio quia anima fit sciens et pru-
dens in quietari id est per quietem et per residentiam. actus ergo pre-
cedentes et efficientes scientiam non proprie sunt alteratio neque
motus quia scientia non efficitur per scientiam et motum sed magis
efficitur per residentiam et quietem ¶ Deinde cum dicit sicut ergo

doctrine probat quod dixerat, scilicet quod scientia magis fit et magis generatur
cum quiete quam cum motu. Et est quod dicit. Secundo quod dicit probat in te-
rmino primo, scilicet probat hoc ex motu impediente actum. Secundo ex motu
... id est scilicet iuvenes instantes. Dicit ergo. Sicut ergo scilicet dormiens
potest uti scientia non existens infirmus aut ebrius. Sed cum aliquis dormi-
ens excitetur aut ebrius pauset aut infirmus
ordinetur, fiet tamen sciens propter uti scientia sua quamvis prius
non potuerit uti ea et non potest secundum scientiam suam agere sed immi-
nente perturbatione negante mentem in statum, id est quietem, invenit
eum post ad contemplandum sciens. Sic ergo in usu scientie potior
est quies et tranquillitas quam motus et turbatio. Sic et ac-
cidit scientie a principio magis fit cum corporis tranquillitate quod autem
quod existentia quam cum est in motu et perturbatione quod autem
quod existentia generatur scientie ex principio habitum, id est fit ad habitum quia fit per
magis per quietem quam motum. Et ita sumpta ipsa acceptio
est quedam perturbationis et quedam vero, id est quedam tranquillitas.

¶ Deinde cum dicit: Iuvenes ergo instantes. Probat hoc idem
ex motu impediente ... Dicit quod iuvenes infirmitas propter hoc
quod habent humores magis in motu et perturbatione ideo
non possunt addiscere, id est ita intelligere, id est ita meditare
sensibilibus sicut seniores quia multa perturbatio et multus mo-
tus accidit esse ipsis. Addit autem quod statur et pulsatur, id est expel-
litur huiusmodi motus et huiusmodi turbatio aliquando quidem a natura ut cum perve-
niunt ad perfectam etatem. Aliquando autem hoc fit ab invicem seminum
esse assuescunt ad exercitium studii tranquillantur in eis motus
mentis et efficiantur minus vagabundi. In utroque ergo huius, id est
utroque modo, scilicet a natura et ab exercitio accidit ad alterationem
esse prius quia sedantur motus corporis sicut sedantur motus dor-
mientes tamen surgat et fiat vigilat ad actum. Concludit quod
quod in est ergo ... quod quia est alterationis, id est ipsa alteratio est
in sensibilibus et in parte sensitiva anime in alia vero nulla parte est hu-
iusmodi alteratio vel passio, nam in parte intellectiva que est alia a
parte sensitiva non est alteratio vel passio, nam quia intellectus
... sensui et fantasie dicitur esse scilicet intellectus esse alteratio
passio quia non est alteratio passio ratione sui sed ratione
sensus et fantasie. ¶ Consequenter autem quod ... quod deinde est de iis
quam id quod dicebatur de dormiente ebrio et infirmo probat
quod acceptio scientie et usus eius magis fiunt ... corporis existente
in quiete et in tranquillitate quam in perturbatione et motu.
Et perturbatio et motus iste quod fit in infantibus est magis ...
... in infirmo vero et ebrio est magis per accidens ... natura.

¶ Consequenter ... in dormiente ... intentiva magis est in actu
suo propter quod tunc est tantus motus humorum quod si ad ym-
maginationem ... valde mobilis ...
... id est quia non possunt figere ymaginem ... ad ad-
... in se ipso experitur quod ... ymaginatur
... instantes ergo propter nimium motum in eis quia non
possunt habere mentem fixam ad ... sunt tales quia

dormientibus sicut ergo cum dormiens surgit et fiat vigi-
lans et veniat ad actum, id est veniat actu suis sensibus tranquilla-
tis eo motus ... et post ex tunc mentem suam magis
fixam habere ad ... Sic cum in infantibus sedantur mo-
tus vel per naturam vel per exercitium potest figere mentem suam ad
considerationes scientias. ¶ Consequenter quod in parte sensitiva fit al-
teratio ratione organi non autem ratione virtutis sensitive, quia
secundum philosophum si senex acciperet oculum iuvenis videret
sicut et iuvenis. Intellectum autem non fit alteratio neque ratio-
ne sui neque ratione organi quia non est virtus organica
sed si dicatur alteratio intellectus hoc est passivus omnino dicitur non
ratione sui et fantasie quibus utitur intellectus in ... sensibus
ergo non est alteratio omnino passivus cum dicatur hoc ratione organi
in quo fundatur ... intellectus ... sed intellectus ut
patet per ... est hoc omnino passivus.

Dubitabit autem utique quis utrum omnis motus etc.
Postquam philosophus probavit motum et comparando
ipsos motus ad invicem et ipsa mobilia quod est devenire
ad motorem primum quia in probatione supponebatur motus
et mobilia esse comparabilia ad invicem. Consequenter ista in-
vestigare intendit quomodo motus quibus motibus comparabiles
sunt. Possumus autem si volumus sequi continuare hanc partem sic
continuare ad precedentia ... totum hunc librum in-
tendit philosophus invenire ... rationes ... ad a se
ipso moveatur ... ita ut ... sit devenire ad motorem
primum vel sit abire in infinitum in motibus et motis. Et ...
... motus et motum sint ... comparabilia ... requiratur
comparatio in motibus. Expeditis ergo ... rationibus hoc ex-
sequitur questio. Et est quod dicit quia primo de hac questione
... dubitando ... vel secundum ... non equivoca
est ... quod dicit quia primo exponit hanc questionem quod non
omnis motus cum motu sit comparabilis. Secundo arguit
ad partem contrariam ibi. ... Dicit ergo quod dubitabit
utique aliquis utrum omnis motus omni motui sit comparabilis
aut non et ostendit quod non omnis omni sit comparabilis. Patet quia si
ergo omnis motus est comparabilis omni motui et equaliter velox
est quod in equali tempore movetur per ad equale ... contingeret esse
tempore durare motum aliquem rectum et circularem sicut sit
comparabilis erit aliquis motus circularis equalis recto ... erit
maior et minor si duret per maius vel per minus
tempus. Aliquando ad hanc sequitur magis inconveniens quia si
quilibet motus est comparabilis cuilibet erit alteratio et quedam loci
mutatio equalis cum in equali tempore ad quod alteretur
... non durare, id est moveatur localiter erit sicut est
passio quod ... per alterationem equalis longitudini, id est spatio
... per motum localem sed hoc est impossibile ergo et
... quod quilibet motus sit comparabilis cuilibet ... ergo si
cum in equali tempore moveatur per equale tunc est equalis

velox. non potest accipi equalis velocitas non potest esse comparatio inter alterationem et motum localem quia passio omnis que equatur per alterationem non est equalis longitudini spatio quod acquiritur per motum quia non erit alteratio equalis loci mutationi neque erit minor neque maior ea quia non comparantur ei quia si sit est non omnis motus est comparabilis omni motui. **D**ubitatur hic an verum sit secundum hanc conclusionem quod si motus rectus esset comparabilis circulo quod rectum spatium vel rectam lineam esset equalem circulo. et sic non sequitur quod loci mutatio esset comparabilis alterationi quod passio esset equalis longitudini.

Dicendum quod ista tempore sunt comparabilia esse quod reperitur maius et minus et equale. si ergo motus rectus esset comparabilis circulo tunc motus rectus posset esse equalis circulo. cum ergo motus habeat quantitatem ex magnitudine et sit rectus aut circularis quia magnitudo esse quam est recta aut curva non potest esse quod quantitas motus recti sit comparabilis quantitati motus circularis nisi magnitudo recta sit comparabilis magnitudini circulari. Immo quia motus sumunt infinitum et speciem extremis ad quos sunt non est inconveniens motus ipsos esse comparabiles adinvicem non tamen acquisita per motum adinvicem comparari possunt quia si alteratio est comparabilis loci mutationi passio acquisita per alterationem comparabilis longitudini et spatio acquisito per motum potest ergo dici per se loquendo quod passio sit maior quam longitudo aut quod sit equalis sibi que omnia sunt inconvenientia.

Deinde cum dicit. Iterum autem. obicit ad predictam conclusionem quod dicitur quia omnem motum rectum esse comparabilem circulari secundum magis et minus. sic probat hic motus comparabiles secundum equalitatem. et Aristoteles non dicit. dicit ergo in circulo autem aut recto quod contingit similiter non sit in circulo quam non est sit in circulo composito vel recto quia unius sunt ad motum et hic in recto sic in circulo sicut ergo motus rectus est comparabilis recto quia potest ibi esse velocius et tardius sic motus circularis erit comparabilis quia potest ibi esse velocius et tardius. ideo videtur quod motus nunc est secundum similiter in motu circulari motum circularem velociorem aut tardiorem sit necesse est velocior aut tardior motui recto. hic quod ponitur similiter inclinatus ad deorsum. **C**onsequenter autem inconveniens hic in hac consequentia quia sic si duo mobilia moveantur motu recto unum sursum aliud deorsum statim apparet quod unus motus potest esse velocior alio. sic si unum mobile moveatur recte et aliud circulariter statim apparere potest quod unum motum potest velocius alio. si ergo motus recti et circularis sunt comparabiles adinvicem quia reperitur velocitas maior et minor velocitas motus rectus erit comparabilis circulari quia inventa est maior et minor velocitas esse potest. **D**einde cum dicit. Aristoteles non dicit ergo quod si motus rectus et circularis sunt comparabiles secundum equalitatem ut si circularis sit curva maior sit recta circularis sit circa equalis recte rectus pro eis motus circularis

equalis recto ideo ait quod non dicit in ratione .a. secundum rationem sicut dicitur quod motus circularis velocior esse velocior motum autem motum tardiorem. erit autem secundum hoc circularis maior et minor recto quia est maior et minor ratione scilicet quod sit et equalis sit in .a. tempore ad mobile pertransibit ipsum .b. in spatium ad circulare aliud mobile in .a. transit .c. in spatium rectum. si ergo motus circularis est velocior quam quod mobile motu recto .b. erit maius ipso .c. quia hic est ratione velocitatis quod in equali tempore pertransit maius spatium. ergo in minori tempore potest pertransire equale spatium quare in minori tempore quam .a. potest transiri tamen a velociori de ipso .b. quantum est ipsum .c. ideo ostendit quod deinde est .i. diffinitum est sic esse velocius quod si in equali transeat plus et in minori equale. si ergo in tempore est equale spatium pertransitum a velociori quia erit aliqua pars ipsius temporis .a. in quo transibit velocius totam partem ipsius .b. quantum sumpsi est ipsum .c. addit autem quod ipsum .c. transit in toto tempore. consequentiam cum motum circularem posuit sit mobile velocius plus apponetur de tempore in transeundo .c. quam in transeundo tamen de .b. quantum est ipsum .c. quia si in toto .a. transit .c. in parte temporis .b. quantum est ipsum .c. ideo ostendit quod ad .a. transibit tamen de .b. quantum est ipsum .c. ideo ostendit quod ad non si circulare et rectum sint comparabilia secundum magis et minus accidit quod non deinde est .s. quod sunt comparabilia secundum equalitatem accidit ergo rectum esse equale circulo. **C**onsequenter autem quod circulare et rectum non possunt comparari secundum maius et minus quin sic comparentur secundum equalitatem. nam si hoc spatium circulare debet esse maius recto quia motum ubi esse velocius et in equali tempore plus transit de spatio minori tempore .a. velocius in maiori tempore transibit equale spatium quia et spatium ita quod in minori tempore transibit equale spatium quia est dare maiorem vel minorem licet circularem quam rectam est et est dare equale. **D**ubitatur hic an utrum verum sit quod dicitur in hoc quod sit contingit est dare maius et minus quod necesse est est dare equale vel aliquid quod non. nam angulus qui sit ex circumferentia circuli et diametro est omnium acutorum amplissimus ut probatur in geometria. reperitur ergo angulus rectilineus minor tali angulo contingentie ut omnis angulus rectilineus acutus et recto angulo contingentie reperitur angulus maior ut omnis angulus rectus et obtusus. nullus tamen reperitur talis angulus equalis quia non est dare angulum rectilineum qui sit rectus acutus aut obtusus. **D**icendum quod ista esse contingit reperire reperire maius et minus non est unum et equale non est unum non in his que sunt eiusdem rationis et que sunt comparabilia et in quibus reperitur maioritas et minoritas. si ergo angulus reperitur lineus et angulus contingentie erunt comparabilia et erunt eiusdem rationis deinde esse talia reperire maius et minus necesse reperire equale quia si eiusdem ratio quantitatis esset multiplex licet alongari ut minore abscinde comparatio ergo excessu remanet equalitas angulus ergo contingentie neque est maior neque minor angulo rectilineo quia tales

angulum non sunt comparabiles nec eiusdem rationis quia non oportet inter talia equalitatem reperire. Intentio ergo philosophi est quod licet vera propositio esset comparabilium hec declarari quod ut proprie dici possit maior eadem denominatione possit dici equalis quod tamen statim sit probatum talia non esse comparabilia.

Et quecumque non equivoca etc. Postquam executus est de comparatione motuum dubitando et obiciendo adiuvans partem. Inprimis ista exequitur de tali comparatione veritatem determinando. Et quod est 3 quia primo venatur ea que requiruntur ad hoc quod aliqua sint comparabilia. Secundo exequitur investigat quomodo motus sunt comparabiles adinvicem. Tertio dat quandam regulam de comparatione motuum. Secunda ibi: sit autem motuum. Tertia ibi: quum aliud movens. Adhuc prima pars tres sunt quia ad hoc quod aliqua sint comparabilia tria requiruntur. Primo quod non sint equivoca. Secundo quod non dicantur idem secundum prius et posterius. Tertio quod habeant eandem naturam. Secunda ergo ibi: quia primo ostendit quod comparabilia non debent esse equivoca. Secundo quod debent idem habere secundum primum. Tertio quod debent habere eandem naturam. Secunda ibi: at prius quod. Tertia ibi: aut minime. Dicit ergo quod quecumque non sunt equivoca omnia comparabilia sunt ut puta quia non comparabile est utrum acutius sit stilus aut alia aut acutior vinum aut alia ut ultima corda. Ista enim non sunt comparabilia quia equivoca non comparantur adinvicem. Acutum ergo in corda citherice sive in sono non est comparabile acuto in vino vel acuto in magnitudine. Sed acutum in una corda est comparabile acuto in alia corda. Ideo videtur quod ultima corda est comparabilis ei corde que est iuxta ultimam. Potest enim dici quod vox unius corde sit acutior quam alterius quia per acutum idem id est secundum eandem rationem reperire in utraque cordis cum ergo declarare et rationem non sunt eiusdem rationis non est idem velox hic et ibi ergo talia sunt comparabilia. Sed si velox in motu locali recto non est comparabile veloci in motu locali ab aliquo aut hoc multo minus velox in alteratione est comparabile veloci in loci mutatione.

Deinde cum dicit quod acutum equivoce dicitur ut reperitur in magnitudinibus et in saporibus et in sonis. Acutum enim dicitur contrarium acutum a sapore et a sono. Nam acutum in corporibus opponitur obtuso in saporibus acutum in saporibus opponitur dulci vel amaro vel alicui alii contrarie saporum. Acutum enim in voce opponitur gravi et quia talia non sunt comparabilia ideo acutum in stilo in magnitudinibus et in vino id est in saporibus et in cordis id est in vocibus non est comparabile.

Deinde cum dicit et quod ex hoc solvitur ratio facta in principio arguebat enim quod quia in motu recto et circulari reperitur maior et minor velocitas ideo tales motus comparabiles sunt. Hec autem sic solvitur velocitas esse hic et ibi non est proprie maior nec minor quia non dicitur quod univoce quia sicut acutum in voce non est maius aut minus quam acutum in sapore quia acutum hic et ibi non est eiusdem rationis sic velocitas in motu locali recto non est maior aut minor quam velocitas in motu locali ab aliquo quia velocitas hic et ibi non est eiusdem rationis arguebat ergo ista ratio ex suppositione falsa. Ostendebat enim tales motus esse comparabiles quia velocitates eorum comparabiles sunt quod patet esse falsum quia si velocitates in hiis motibus localibus non sunt comparabiles et motus ipsi motus comparabiles sunt multo magis non erunt comparabiles velocitates in alteratione et in motu locali et multo minus tales motus comparabiles erunt.

Deinde cum dicit utrum inter equivoca possit esse comparatio et videtur quod sic. Nam acutum in magnitudinibus et sonis dicitur equivoce et tamen hoc dicitur comparabilia. Acutum enim in magnitudinibus ex hoc videtur esse assumptum quia velociter pungit tactum. In saporibus vero quia velociter pungit gustum. In sonis autem quia velociter movet auditum. Sic ergo acutum in sonis velocius movet auditum quam in saporibus moveat gustum. Et in magnitudinibus movet tactum videtur hic acutum acutius esse illo quia in talia acuta potest esse comparatio obstante quod inter ea habeat esse equivoce.

Ad quod dicendum distinctione opus est nam pure sunt equivoca et ea que sunt in sola voce. Quedam autem sunt pure univoca que sunt eiusdem speciei specialissime. Quedam autem sunt analoga et hec dupliciter gradu quia quedam analoga magis appropinquant ad univocationem ut analoga generum. Quedam vero magis appropinquant ad equivocationem ut analoga transcendentium vel quedam analoga secundum quod est hic non gradu unitas generis. Unde est ergo quod locus dicitur genus unitatem perfecte non quia sic sit proprie locorum. Sed quia analoga que latet in generibus multum appropinquat ad univocationem. Dicit autem eas equivoce perfecte non quia sic sit sed quia hec analogia multum appropinquat ad univocationem. Distinctio dominis predicti restat distinguere de comparatione. Comparatio enim attenditur inter hec aliqua unitatem ad invicem. Unitas autem aliquorum dicitur proprie accipi vel secundum proportionem vel secundum proportionalitatem. Illa autem secundum proportionem invenitur que adinvicem habent aliquam habitudinem vel aliquam comparationem non proportio est duarum quantitatum alterius ad alteram certa habitudo ex quo apparet quod non est proportio nisi inter ea que sunt eiusdem rationis. Unum enim ad superficiem vel linea ad corpus non est proprie proportio. Sed linea ad lineam et superficies ad superficiem potest esse proportio dupla vel tripla vel aliqua alia species proportionis sed potest reperiri unitas et analogia secundum proportionalitatem et hoc non est verum adinvicem sed secundum comparationem unius rei ad aliam. Est enim proportionalitas ut tradit Euclides in v. geometrie quedam similitudo proportionum quia non est inconveniens proportionem reperiri inter res diversorum generum et inter ea que sunt eiusdem rationis. Propter hoc licet non sit proportio unius ad superficiem quia non est inter ea declarata habitudo. Sed tamen

inter talia esse proportionalitas id est similitudo proportionum quia sicut se habet una superficies ad aliam ita se potest habere una linea ad aliam. Ex hoc autem apparet quod comparatio plus importat aliquid unitatis sicut dictum est unitas scilicet proportionis et proportionalitatis dicitur potest esse comparatio scilicet secundum proportionem. Proportionalitas vero quia unitas secundum proportionem dicit habitudinem rerum ad invicem et secundum se, unitas non secundum proportionalitatem dicit habitudinem verum per comparationem ad alia et non secundum se. Ideo que sunt comparabilia secundum proportionem sunt comparabilia simpliciter; sed que sunt comparabilia secundum proportionalitatem secundum quod huiusmodi sunt comparabilia ad invicem abusive. Cum ergo queritur que sunt comparabilia et que non, dicendum quod nec univoca sunt comparabilia simpliciter et secundum proportionem quia inter talia ad invicem potest esse certa et determinata habitudo; analoga vero sunt comparabilia large et secundum proportionalitatem quia licet inter talia non possit esse simpliciter proportio est tamen inter ea similitudo proportionum, tanto tamen analoga magis et minus recedunt a comparatione simpliciter quanto magis et minus recedunt a pura univocatione propter quod analoga tamen scientia magis impedit comparationem simpliciter quam analoga quae minus recedunt a univocatione. Que vero sunt pure equivoca secundum quod huiusmodi nullo modo sunt comparabilia nec secundum proportionem nec secundum proportionalitatem quia pure equivoca non dicuntur nisi sola unitate nominis quia cum nomina sint ad placitum [illegible] et non eodem modo nominari posset vel secundum proportionalitatem inter eos et non. Sed inter pure equivoca comparatio esse potest. Ex hoc solvitur ratio in contrarium; sed non acutum in magnitudinibus in saporibus et in sonis non sunt omnino equivoce sed est ibi aliquis modus analogie propter quod licet inter talia non possit esse proportio et comparatio simpliciter potest ibi esse tamen quedam proportionalitas et comparatio large. Acutum in voce et in sapore non est habitudo secundum se est tamen ibi proportionalitas et habitudo per comparationem ad alia quia sicut acutum in voce movet sensum in saporibus movet gustum et in magnitudinibus movet tactum quia est ibi proportionalitas similitudo magis similitudo proportionum non proportio et est ibi comparatio non simpliciter sed large. Ulterius forte dubitaret aliquis quia non videtur verum esse quod philosophus ait quod omnia non equivoca sunt comparabilia nam ut diximus est reperire ad hoc quod aliqua sint comparabilia nulla quod sint equivoca quod habeant idem nomen proprium et quod dicant eandem naturam ut philosophus velle videtur. Dicendum quod licet requiratur ad hoc quod aliqua sint comparabilia tamen ita sese consequuntur nam philosophus hic appellat equivoca quecumque non sunt univoca et ergo intentio eius quod quecumque non sunt equivoca id est quecumque sunt univoca sunt comparabilia quia ergo univoca ut patet habent idem nomen et dicunt eandem rationem bene dicitur quod quecumque non equivoca sunt comparabilia quia ad esse sic non equivoca ut ipse accipit requiritur habere idem nomen

proprium et dicere eandem rationem. Deinde cum dicit aut primum quidem. Venatur quod requiritur ad veram comparationem scilicet comparabilia debent habere idem nomen proprium esse quod est quia primo ait comparatio determinata. Secundo obviat istam. Tertio ex hoc solutione concludit intentum. Dicit ergo quod ad hoc quod aliqua sint comparabilia oportet habere idem nomen proprium. Secundo ibi aut et in his. Tertio ibi quoniam propter quod. Dicit ergo quod aut primum quod hoc quod dictum est non est verum nam quod si non sunt equivoca quod sint comparabilia. Consonant ut supra habitum multum quod in aqua et in aere idem significat et tamen multum quod hic et ibi non sunt comparabilia. Si autem non id est si non est verum quod multum in aere et in aqua idem significet, duplum quod significet idem quod dicit quia si dubitaretur de multo utrum significet hic et ibi idem, de duplo tamen non est dubium. Duplum enim sive sumatur in aere sive in aqua non [illegible] idem significat et non comparabilia ergo non omnia non equivoca sunt comparabilia.

Consequenter autem in verbis in hoc consistit quia univoca secundum idem nomen habent eandem rationem. Cum ergo duplum in aere et in aqua eodem modo diffiniatur quia utrobique sumitur equivoce quia hic et ibi diffinitur quod est proportio duorum ad unum utrobique sumuntur univoce quia hic et ibi non sunt comparabilia non omnia univoca vel non equivoca sunt comparabilia. Deinde cum dicit aut et in his, solvit obiectionem factam dicens quod aut dicendum quod et in his scilicet in multo et duplo est eadem ratio propter quod habent in aere et in aqua [illegible] supra talia dicuntur equivoce hic et ibi. Ideo videtur quod et namque multum equivocum est et etiam supra duplum est equivocum hic et ibi. Sed quorundam rationes equivoce sunt ut si aliquis dicat id est diffiniat multum est tantum ad hoc si quis diffiniat duplum quod est tantum et equale equivocum id est talis diffinitio dupli et multi erit equivoca quia [illegible] et si [illegible] diffinitio unum statim erit equivocum scilicet id est si unum et equale in aere et in aqua sumitur equivoce sequitur quod duo id est duplum et per consequens et multum sunt equivoce.

Consequenter autem in verbis his consistit nam quod dicitur hic [illegible] eandem rationem sunt univoca mentitur quod ista ratio non debet esse eadem solutione non debet esse equivoca sed univoca duplum ergo et multum in aere et in aqua dicuntur equivoce. Nam si diffinitio dupli est quod est proportio duorum ad unum licet hec diffinitio dicatur duplo in aere et in aqua tamen hec diffinitio est equivoca hic et ibi non dicitur unitas quantitas id est pugilli aeris et aque non dicitur eandem rationem quantitatis quia non est tantum de materia in uno pugillo aeris sicut in uno pugillo aque quia si unum hic et ibi dicitur equivoce et duo et si unum et duo dicuntur equivoce tota diffinitio dupli scilicet proportio duorum ad unum erit equivoca. Sic etiam si diffiniretur multum et diceretur multum est quod est tantum id est quod habet tantam quantitatem dato quod hec diffinitio conveniat multo in aere et in aqua tamen hec diffinitio esset equivoca quia tantum in aere et in aqua non sunt univoca.

Consequenter autem quod duplum hic dicitur esse tantum et equale quia ad dicitur esse duplum ad aliquid oportet bis continere propter quod ipsum solum dicitur esse tantum proprium [illegible]

tantum est tantundem et ad hoc equale quod est bis tantundem. cum ergo tantundem idem sit quod equale, idem est esse tantum et equale quod est bis tantundem vel quod est bis esse vel quod est duplum duobus. ergo motus potest esse duplum vel quod est tantum et esse vel quod est proportio duorum ad unum utrumque. i. differentia aliquo modo tangitur in textu. ¶ Secundo autem quia dicitur in libro de generatione si elementa sunt comparabilia secundum quantitatem necesse est esse aliquid idem in omnibus hiis comparabilibus quo mensurantur. nam vel dicitur ex uno pugillo aque fiunt .x. aeris, tantum ergo in aqua vel tantum in aere vel unum in aqua et unum in aere non simpliciter unitate quia unum in aqua equalis decem in aere. ¶ Secundo autem quod ex solutione questionis respondit plane ondendo quod comparabilia debent habere idem subiectum nam cum idem variatum sibi variet differentiam et faciet eam equivocam quia duplum applicata ad aerem et ad aquam non univoce sumitur. si comparabilia non habent idem subiectum non habent eandem differentiam nisi equivoce quia non erit univocatio et per consequens non erunt comparabilia. ¶ Deinde cum dicit quando ergo quando. ex solutione questionis premisse ostendit quod comparabilia oportet habere idem subiectum primum quod supra tangitur, et sic deinde propter quod dicit quod comparabilia sunt alia vel non. considerandum quod sit et una eorum non .i. sit dicte univoce autem quia sunt in alio .i. in aliquo ut habent aliud primo susceptivo sunt comparabilia. comparabilia ergo debent univoce et habere ad idem primo susceptivum quia si tale susceptivum remotum esset non oportet propter hoc comparationem impedire. equus ergo et canis comparabilia quia sunt utrumque sit album. nam equus et canis dicuntur secundum primum subiectum albi, est superficies. idem autem quod in alio .i. primo est albedo est subiectum quod superficies. Ad hoc ergo in cane et in equo est comparabilis sit magnitudo hic et ibi est comparabilis. nam primum subiectum magnitudinis equi et canis est idem .s. substantia corporis mixti. aqua autem et vox non sunt comparabiles secundum magnitudinem ut dicatur vox est maior quam aqua. nam magnitudo hic et ibi sunt in aliquo non eodem .i. sunt in alia et alia non sunt in alio et alio subiecto magnitudo .n. aque ut in subiecto fundatur in substantia. sed magnitudo vocis ut in subiecto fundatur. ¶ Dubitatur si ad hoc quod comparabilia requiritur subiectum idem primum et non idem subiectum remotum. ¶ Ad quod dicendum quod comparabilia requirunt esse eiusdem rationis. quod quod ergo diversitas rationis et differentie comparationem impedit eorum comparationem. cum ergo subiectum remotum non ingrediatur differentiam. ergo subiectum accidentis sed subiectum primum non diversificabit differentiam accidentium subiectum remotum secundum primum. hominis. ingreditur differentiam simul. sed naturaliter requirit ergo quod comparabilia habeant idem subiectum primum quia diversitas talibus subiectis diversificans differentiam eorum et per consequens impedit eorum comparationem. ¶ Deinde cum dicit autem mihi est investigandum est quod requiritur ad comparationem. scilicet quod comparabilia habeant eandem naturam. et est quod dicit. quia probat quod ad comparationem requiritur in comparabilibus ydemptitas nature. secundo concludit ex dictis. dicit quod ad comparationem est requiritur. utrum unitas sibi et ydemptitas nature vel non ergo solum susceptivum. et per hoc patet impedit talem rationem comparabilia ergo

debent esse univoca et dicunt dicere quod univocum non ergo sola unitas subiecti requiritur ad comparationem sed requiritur quod omnia describerent quod univocum et non diversificarent secundum propter diversitates subiectorum. nam si res non solum ex subiectis sed etiam ex scriptis et expressa non habent diversitatem non solum diversitas subiectorum sed etiam diversitas naturarum impediret comparationem et ad hoc quod aliquid erunt comparabilia requiritur non solum quod habeant idem subiectum primum sed quod habeant eandem naturam. dicere ergo quod sola diversitas subiectorum impedit comparationem et nullam mentionem faceret de diversitate naturarum est quod res quod est de se et ex natura propria non diversificatur sed diversitas eius erit ratione subiectorum. hic est ergo quod ait quod minus est quod sit supra dicere quod sola diversitas subiectorum impedit comparationem et nullam mentionem facere de diversitate naturarum. erit omnia unum facere. si ergo quod unumquodque est dicere aliquid quia est in aliquo. minus est ergo ex hoc quod idem erit et esse et dulce et album. sed est in alio et alio si est diversitas in tali et talibus idem contingit quia sunt in alio et alio subiecto. ¶ Secundo autem quia idem forte plus hic ait quod ad hoc quod aliqua sint comparabilia non sufficit dicere quod habeant idem subiectum primum sed quod habeant eandem formam et eandem naturam. et destrueret errores platonicorum qui ponunt ydemptitatem rerum quantum ad formam et ydeam et diversitatem quantum ad materiam et subiectum. ¶ Deinde cum dicit aliquid susceptivum ponit secundam rationem quod talis est. aliquid et aliquid susceptivum requirit aliquam et aliquam naturam. et aliquid et aliquid mihi requirit aliquam et aliquam formam. quia si ad comparationem requiritur ydemptitas subiecti ut omnium est sed quod requiritur vel ydemptitas nature quia si esset vel diversitas nec esset diversitas subiectorum. de hac autem ratione non plus ponit nisi quod susceptivum non est contingens. i. non quodcumque et in diversis. sed est unum primum susceptivum unius nature quia diversitas primo subiecto. s. susceptivo diversitate nature et econverso. et si ad comparationem requiritur unitas unius requiritur vel unitas alterius et econverso. ¶ Deinde cum dicit ergo non solum. ex hiis que dixerat concludit propositum scilicet que requiruntur ad comparationem dicens. sed ergo quia ita est oportet comparabilia non solum non esse equivoca non equivocata. sed etiam non habere differentiam neque in quo neque quo ad naturam neque in quo .i. quantum ad subiectum. dicendum autem sic color dicitur diversorum et non dicitur natura una neque forma una. quia ergo non dicitur una forma non ergo secundum hoc .i. secundum colorem est comparabile ad invicem. dicendo dicere quod album non est quod sit magis coloratum quam nigrum. sed in suo comparatum comparantur non secundum colorem aliquid .i. secundum colorem specialem. sed comparantur magis quam color .i. comparatur secundum colorem in communi quia non potest fieri comparatio sed secundum album .i. secundum colorem specialem potest esse super comparationem. ¶ Dubitatur si adhuc quomodo se habent ad invicem hec tria que requiruntur ad comparationem. ¶ Ad quod dicendum quod se habent secundum ordinem. nam primum sequitur ex secundo et tertium sequitur ex secundo et primo. forma non invenitur necessario univoca quando

ergo habent candorem non secundum quod habent idem subiectum primum. Primum autem secundo ex hoc, et tertio: nam habentia candorem non et idem subiectum habent candorem differentem et sunt non equivoca utrumque. Igitur de differentiam accidentium nisi quod pertinet ad esse et ad subiectum eorum. Habent ergo candorem non et idem subiectum et esse equivoca et habent candorem differentem ut patet secundum hanc sententiam.

Utrum autem omnis motus equivelox etc. Postquam enumeravit ea que requiruntur ad hoc quod aliqua sint comparabilia, prout tactum est, ut dicebatur, investigat quando motus sunt adinvicem comparabiles. Et est quod dicit: quia primo in generali proponit quod non quilibet motus cuilibet est comparabilis. Secundo descendit ad diversa genera motuum quando recipiunt esse comparatio. Quia si aliquis circularis, dicit ergo quod sicut est in aliis comparabilibus sic est et esse motum qui est equivelox, quod movetur in equali tempore per equale spatium magnitudinis et hoc in tali longitudine que sit eiusdem speciei. Quia ergo non est sic quando aliquis est alteratio, alius non ductum localis, quia tales motus non solum differunt specie sed et genere non sunt comparabiles; ideo autem etiam nec equales erunt nec velocior vel alteratio et loci mutatio. Sed inconveniens est talia esse equivelocia vel esse comparabilia, tamen autem est quia motus habet plures species. Secundo autem est quod sicut est in aliis comparabilibus quod non potest esse comparatio nisi sint eiusdem speciei sic et esse motuum; oportet enim tamen esse et tale ad hoc esse eiusdem speciei quod atque per motus aliquos ad hoc quod motus illi sint comparabiles. Cum ergo motus habeat plures species, non omnis motus sunt eiusdem speciei, non quilibet motus cuilibet motui comparari potest. Deinde cum dicit: quia si in equali. Existere de diversis generibus motus quando in eis habet fieri comparatio. Et est quod tertio fiet, quia primo ponit quando habet fieri comparatio in motu locali, secundo quando in alteratione, tertio quando in generatione et corruptione. Secundam partem ibi: de alteratione autem. Tertiam ibi: et in generatione etc. De augmento autem et diminutione mentionem non facit de motu, quia secundum quosdam eadem ratio est de augmento et diminutione et de motu locali, vel potius dicere et fortasse melius quod propter ea que dicit de comparatione alterationum sufficienter habetur potius quando habet esse comparatio in diminutione et augmento. Est ergo primum quod tertio fiet, quia primo ponit quod non quilibet motus localis cuilibet comparabilis. Secundo inquirit tamen per quam impeditur comparatio in motu locali. Tertio ex hiis que dixerat concludit motus locales non esse comparabiles nisi sint eiusdem speciei. Secundam partem ibi: neutrum ergo etc. Tertiam ibi: quare quod in equali. Quia si que sunt ducta in equali tempore equali longitudine sunt equivelocia, quia ergo sic diffinitur equivelox quod in equali tempore pertransit equalem longitudinem, sicut propter hoc vellet omnia mota et omnes motus habere comparationem adinvicem, erit equale vel erit comparabilis rectus et circularis, quod est inconveniens; non obstante diffinitione data de equivelocitate non quilibet motus localis est comparabilis cuilibet. Secundo autem quod quia unius alterum per

equale tempore durare motum rectum et circularem. Quidam habent esse equivelocem illi et esse comparabile illi. Sed hoc non, quia velocitas sed recti et circularis ut supra dicebatur, ut superius fuit equivoce, ideo inter ea esse non potest. Deinde cum dicit: utrum ergo etc. Inquirit causam quare non quilibet motus localis est comparabilis cuilibet, ut quare rectus non est comparabilis circulari. Dicit ergo: utrum ergo causa est quod super talia non sunt comparabilia quia loci mutatio genus est, aut causa est quia linea genus; tempore quidem enim non potest esse causa huius impedimenti, quia tempus semper est idem et athomum, idest indivisibile secundum speciem. Solvit questionem et dicit: aut sit utrumque est causa huius impedimenti. Motus enim rectus non est comparabilis vero circulari tum quia hic motus differunt specie, tum quia magnitudines autem hec super quas fiunt hi motus specie differunt; et loci mutationis species habent. Nam admittit speciem in spatio vel in magnitudine, sequitur diversitas in motu. Ergo diversitas speciei hic et ibi impedit comparationem. Addit autem quod diversitas instrumentorum talem comparationem non impedit. Dicit: aliud autem est in quo, idest instrumentum in quo fit motus, est diversum, ut si sint pedes tale instrumentum quo ambulo, si alie quo volo, sed non propter diversitatem talem impeditur comparatio motus. Solvit dicit: aut non sed loci mutatio et alia et diversa secundum speciem figuris, idest per diversitatem figurarum.

Secundo autem quod secundum quamvis diversitas instrumentorum non diversificat motum secundum speciem et propterea non impedit comparationem motuum, sed hic diversitas solum diversificatur secundum speciem quantum ad motum, sed hec diversitas loci alia quod diversitas instrumentorum. Vult exponit sic: sicut quando loci ... ad ... sed quod non quod fiat quod loci mutatio sit ... ut sit alia secundum speciem in quantum expositio melior esse videtur ut dicatur quod loci mutatio non est autem secundum speciem in figuris, idest ... sed est secundum speciem figuris, idest per figuras spatiorum. Quia si motus spatii sit ... et quia sic alterius sit motus ... sed rectus et circularis non erunt comparabiles adinvicem. Deinde cum dicit: an quando diversitas magnitudinum et quando diversitas subiectorum impedit comparationem.

Dicit quod ut supra dicebatur quod diversitas subiectorum remotorum non impedit comparationem, sed diversitas subiectorum propriorum et proximorum impedit comparationem, ideo ut dicebatur album in homine et equo non obstante quod homo et equus differunt specie, quia homo et equus non proxima subiecta albedinis sed superficies; et quod dicitur est de albo potest intelligi de spatio secundum quod spatium facit comparationem motus. Quia si accipiatur spatium proximum diversitas talis spatii comparationem impedit; ideo rectum et circulare impedit comparationem. Si spatii ... comparationem non impedit. Lignum autem et lapis comparationem non impediunt motuum, quia talia sunt subiecta remota, si unum movetur super spatium lapideum et alterum super spatium ligneum, dummodo tamen spatia essent eiusdem speciei non propter hoc impediretur comparatio talium motuum. Nec propter hoc motus rectus et circularis differunt specie. Sed si sic dicatur quod dummodo ... occurrit nobis quoddam dubium, quia videtur quod diversitas subiectorum remotorum comparationem impediat, nam subiecta proxima videntur fundari

in subiectis remotis ut si qualitas fundetur in quantitate quantitas
autem fundabilis ita quod substantia et si non est secundum quantitatem tamen in-
mediate secundum quantitatem omnia autem accidentia diversificantur non solum secundum
subiectum proximum sed etiam secundum subiectum remotum. nam diversitas subiectorum
remotorum facit ad diversitatem accidentium et ipsorum comparationem.
Secundo dicendum quod inter causas remotum et proximum uno modo accipi-
untur ut possibile et immediatum ut si florationis arboris
causa remota est sol et virtus pabulativa est causa propria et quo-
dammodo est in terris efficiens sed virtute terrae mediante et radice
subiectorum ut si qualitas fundatur in subiecto mediante quantitate subiectum sic
dicitur esse secundum qualitatis remotum quod est subiectum eius radica-
le et possibile quantitatis non erit subiectum proximum quia erit subiectum
immediatum. aliud vero remotum et proximum ut accipi-
untur ut possibile et immediatum sed est sicut potentia et per actum
ut dicatur subiectum primum quod est subiectum potentia. remotum vero quod est subiectum
per actum et sic accipiuntur remotum et proximum sicut per se et
per accidens. propter quod non habet dubium quod quia nam licet subiecta prima
diversificantur ex subiectis remotis idest ex subiectis possibilibus subiecta
tamen per se non diversificantur ex subiectis per accidens. Et ideo ergo in
tertio physicorum dicitur quod comparabilia debent habere idem subiectum primum et
non idem subiectum remotum quia debent habere idem subiectum per se et
non oportet quod habeant idem subiectum per accidens. Ultimus autem quia
albedinem hominis non quaerit. dicendum est. Ad quod quia ut quod in diversis
tibus speciebus nullo modo possint esse accidentia eiusdem speciei ut si ca-
nis et equus dicuntur diversas species subiecti cum subiecta sint radicale et
possibile subiectum accidentium. Verum quod in diversis speciebus subiecti de
necessitate sunt diverse species accidentium quia in cane et equo quia
verum erit accidens eiusdem speciei albedo ergo sed in diversis speciebus non
erit eiusdem rationis sicut in istu (?) vacans et iacere propter diversi-
tatem subiectorum eiusdem rationis esse non possunt canis ergo et equus non
erunt secundum albedinem et quia dictum est de albo intellige de mo-
tu ita quod duo alba diversa specie secundum velocitatem et tarditatem
motus comparari non possunt. Ad quod quia non differunt ab eodem secundum
idem tamen ab eodem realiter sed alia et alia ratione sumpta sunt di-
versa non est inconveniens. quod quia non sit de homine et de aliis tamen
corporibus sicut una anima secundum formam immo secundum opinionem philosophi ut
in haec eadem ratione patebit forma generis non est alia a forma
speciei idem ergo per eandem formam est equus animal et corpus et tamen nulli
dubium est quod alia proprietas realiter secundum ipsum in eo quod animal
equus et alia in eo quod animal et alia in eo quod corpus sic ergo ab eodem
realiter sed alia et alia ratione sumpta possunt sumi diversa sic
a diversis sub eadem ratione acceptis possunt sumi idem eiusdem ra-
tionis est quod ab eodem in eo quod idem sumatur diversum et quod a diver-
sis non in eo quod diversa sumatur idem. quod quia ergo sumitur a ca-
ne et equo vel a quibuscumque aliis diversis specie in eo quod
diversa sunt oportet idem esse diversum sed quia sumuntur a talibus non in
eo quod diversa sunt sed in eo quod eadem non oportet talia esse diver-
sa non enim est inconveniens quod albedo in cane et equo sumatur

ab eis in eo quod diversa sunt et tamen albedo sic et sic dicta quod u-
nitatem et sit eiusdem speciei. sed idem albedo sic et sic est eiusdem speciei quia
non sumitur ab equo ut equus est nec a cane ut canis est
nec sumitur a cane et ab equo ut sunt diversa. sed ut con-
veniunt aliquo modo mixtionis equus ergo et canis erunt secundum
albedinem per accidens. corpus autem sic mixtum et sic situatum erit
secundum albedinem per se idem albedo sic et sic erunt comparabilia quia eadem
sunt per accidens non est diversitate necessarium quod sunt per se. apparet ergo
quod si non est inconveniens ab eadem substantia secundum speciem immo ab eodem
individuo sumi diversa accidentia secundum speciem non est inconveniens quod di-
versa sunt sumi eandem speciem accidentis quia diversa subiecta
secundum speciem comparari possunt secundum quod accidens sit vel accidens sit
in eis quod innotuit et sit eiusdem speciei ex his apparet quod si aliquis
motus sit in diversis subiectis ut fiat sub diversa spatia
si diversitas talium subiectorum vel spatiorum per se faciat diver-
sitatem motus oportet talem diversitatem impedire comparationem mo-
tuum sed si talis diversitas non facit diversitatem motus per se
non oportet propter diversitatem talem impediri comparationem talium. Amplius est ergo
quod motus sub spatio lapideo sunt comparabiles quia talis diversitas per
accidens se habet ad motum sed motus sub per spatium rectum et de-
clive non sunt comparabiles quia talis diversitas per se diversificat
motum quia motus sub spatio recto est et rectus sub declive est decli-
vis patet ergo quomodo diversitas subiectorum vel etiam spatiorum impedire
habet comparationem motuum et patet quomodo ex diversitate subiectorum impeditur
mouente | uidetur et quod alia mouentur a generante quod generans quantum dat de forma tantum dat de loco ut quantum dat de forma grauis tantum dat de loco deorsum. Si igitur graue uel leue moueatur talem formam [illegible] quod mouetur plus quam per se acceptum [illegible] moueret per formam mixtam quiete contrariam [illegible] et calidum non solum generatur ab igne et calidus [illegible] motum si aliquid duo corpora fortiter confricaret calefaceret aerem medium duo corpora et aer sic calefactus impediretur ascendere [illegible] dicit quod si aer ille ascenderet quod moueretur contrario siue ab eo quod collideret hec corpora per collisionem generatus est aer calidus colligens autem et constringens illa corpora duo constricta est medium et per motum calefactio aeris qui calefactus ascendit superius. Si igitur hic colligens et constringens deserit constringere et non ulterius moueatur non oportet quod aer calefactus ille quiete desideret moueri nam cum quo aer ille sit est calidus non habet nisi per motus non igitur statim cum cessat motor colliguntur quod cessat motus aeris. Quod non obstabit quod si motus non mouetur nisi motum cum motum cuius non ulterius motus res mota ab ipso. Dicit quod si motum mouet solum impellendo cessante impulsu cessabit motus sed si mouetur alterando et aliquam qualitatem inducendo motum mouente non cessat qualitas inducta impulsio [illegible] et mouet illa pars mota tunc quantumcumque inducte in quiete mouente. Ulterius forte dubitabit aliquis utrum hic contingat in aere et in aqua quod quiescente impellente non quiescat impulsum. Dicit quod in aere et in aqua et in omnibus corporibus rarefactibilibus et condensabilibus quiescente impellente non quiescit impulsum ut quiescente proiciente non quiescit aer motus ab ipso nam cum aliud impellitur est ibi motus localis et est ibi motus alterationis et motus ad formam nam sicut corpus ex impulsu [illegible] mutua parte rare fiunt et in alio condensabuntur et unumquodque redit ad naturam suam aqua calefacta a motu igne redit frigida quiete impellente pars illa aeris calefacta ultra [illegible] motum redit ad debitam condensationem et pars illa condensata redit ad debitam rarefactionem cum igitur non possit quod aliquid in densatum rarefactum nisi impellat corpus [illegible] pars aeris condensata per impulsionem [illegible] impellente rarefit et rarefacta impellit et rem proiectam quam partem aliquis sibi propinquam et illa pars sicut impellendo rem proiectam impellit partem aeris sibi propinquam et illa pars sicut impellendo rem proiectam impellit partem aeris aliam et sic deinceps donec debilitatus impulsus quod oportet cessat proiectionis motum

Sic et ymaginari debemus quod si [illegible] in aqua sit nauis aliquis uersus partes aque [illegible] expellet [illegible] minorem sic partes aeris per condensationem et rarefactionem [illegible] impulsu moto se expellunt hec autem simile non solum apparet in aqua sed etiam in procella ut apparet in aqua maris ut cum [illegible] parte aque sit eleuatio et illa procella facit aliam et illa aliam et sic deinceps et si huiusmodi procelle obuiauerint [illegible] super aquam uelocissime mouetur ipsa ut patet in naui que propter diuersas procellas magis uelociter impellitur [illegible] est igitur sic impulsu fieri procellas in mare sicut et in aqua. Unde Commentator motum proiectorum assimilat motui nauis super aquam. Si igitur mouetur aer ab impellente nisi per impulsum quiete mouente cessaret motus aeris sed cum corpus impulsum ad generandum aliquam qualitatem mixtam qua ad generandum ibi quedam rarefactio et densatio et propter huiusmodi rarefactionem et condensationem mouetur aere quiescente impellente. Unde Commentator dicit quod aqua habet talem naturalitatem quod cum acceperit principium mouendi ab aliquo mouente propter huiusmodi autem principium mouendi est ipsa rarefactio et condensatio ad generandum impetus ex impulsu [illegible] patet quod non sufficit motum proiectionis non desinere quiescente mouente quia proiciens rem proiectam mouendo simul mouet et aerem qui motus impellit [illegible] proiectum et [illegible] ostendatur quod aer est talis nature quod potest simul moueri et mouere et quod est rarefactibilis et condensabilis nam si sic faciet aer sicut lapis et si sic aer motus a proiciente impellat rem proiectam sicut lapis impulsus ab impellente potest impellere alium lapidem numquam saluaretur [illegible] motum proiectionis nam si sint multi lapides se contingentes simul cum impellitur primus impellitur ultimus [illegible] igitur talis motus simul fit et simul quiescit in aere et in aqua que sunt corpora rarefactibilia et condensabilia non simul cum impellitur primum impellitur ultimum ideo est ibi successiua [illegible] [illegible] per quam successiuam generationem successiue defertur res proiecta. Deinde cum dicit Hoc quidem igitur ex solutione dicta excludit huiusmodi motum non esse [illegible] dicens quod hic quidem igitur motus proiectionis sic fit in rebus [illegible] aliquando quidem moueri aliquid autem quiescere conuenit. vel sic in rebus dictis ad motum et quietem et sic bene enumerabilia [illegible] se expellat [illegible] se mouet. Intelligit igitur sic motus proiectionis et huiusmodi motus non est continuus quia [illegible] consequens [illegible] dicit se [illegible] [illegible]

non tamen est continuus quia non est ab uno movente sed moventia
sunt ad invicem habita vel consequenter se habentia.

¶ Notandum autem quod cum rem proiectam moveant diverse
partes aeris quia ille partes se tangunt et habent se
ad invicem consequenter ideo videtur huiusmodi motus esse continuus
non tamen vere est continuus quia ille partes plures aeris
moventes successive rem proiectam non sunt proprie unum
movens sed magis sunt plures se habentes consequenter.

¶ Dubitatur forte quia cum aer et aqua et talia corpora
rarefactibilia et condensabilia dicuntur inceptiva motus et in
[illegible] quia non habent terminationem fixam et stabilem
cum difficulter moveantur dicendum autem motus quia cum
impellunt non sequitur motum unum deinceps sed in
illa parte movent versus quam est violentia
pulsionis. ¶ Deinde cum dicit Viam in aere et aqua
[illegible] solutionem quorundam dicens quod hic
motus proiectionis fit in aere et in aqua quia talia
rarefactibilia et condensabilia quem motum proiectionis quidam
dicunt antiperistasim vel contrariam resistentiam
aeris ut contra compulsionem sed impossibile est aliter solvere
oppositas vel distinctiones contingentes et istam
[illegible] modo est videlicet quod partes aeris et aque
successive se impellunt et impellendo se sic successive
impellunt rem proiectam quam successionem
et antiperistasim salvare non possumus sed antiperistasis
solus simul facit omnia simul moveri quia facit
[illegible] hunc modum omnia simul quiescere quod falsum
est quia quiescente parte prima aeris motum non facit
quiescere proiectum addit autem quod ipsum proiectum videtur
sic unum aliquid quod continue movetur aliquatenus
[illegible] sed tamen hoc sic videtur non tamen est continuus quia
non est ab eodem movente sed si tamen talis motus
esset per antiperistasim aeris [illegible] motu se haberet sic
[illegible] unum movens non [illegible] esset ibi continuitas quia
ostendunt est in [illegible] ¶ Notandum autem quod hic motum proiec
tum non esse per antiperistasim dicit probando philosophus per quod motum
moveri omnia moventia et quiescerent quod
non in motu proiectionis. Secundo quia licet possit
non esse in hoc motu illa continuitas que esset in
motu proiectionis. ¶ Dubitatur forte quia utrum in
motu proiectionis fiat per antiperistasim vel per contra
resistentiam vel per contra pulsionem videtur autem
quod sic quia proiciens proiciendo scindit aerem aer
autem scissus ulterius motum suum vehementius et
conclusus autem contrarium istum vel contra pellet proiectum
bene igitur dictum est hunc motum fieri per compulsionem.

¶ Dicendum quod in motu proiectionis tria concurrunt: videlicet
velocitas motus aeris et resistencia et successio
in pulsionis et cetera vel velocitas motus aeris
quia vel est motu motui motum eiusdem velocitatis quam
sit motus ipsius proiecti ut supra in quarto dicebatur
nam aliter ipsum proiectum non moveretur motu
aeris sed motu proprio. Secundo concurrit antiperistasis
quia ut dictum est aer scissus cum postea recluditur vehe
mentius resistit et conatur pellere proiectum. Tertio
concurrit successio pulsionis in partibus successive
una pars aeris pulsa pellit aliam et alia aliam
et per talem successionem pulsionum duo sunt consideranda
in huiusmodi motu. Primo quod non est vere continuus cum sit a
diversis motibus et adversis partibus aeris se succedentibus
impellentibus. Secundo est considerandum proprium motum
et motum successivum et quietem nam omnes huiusmodi
partes aeris sic se impellentes non simul movent
nec simul moventur neque simul quiescunt sed qui
escente parte prima quiescit pars secunda aeris sed succedit
ad generationem motus et quies in huiusmodi partibus non
est quod intendit philosophus quod antiperistasis et resistentia non
cooperantur ad motum proiectionis sed vult quod licet non sit to
talis et principalis causa in huiusmodi motu quia si sola
antiperistasis absque successione impulsionum sufficeret
ad talem cum hic motus non sit continuus
et cum in hoc motu non omnia simul quiescant et
moveantur quia est successio impulsionis quia
partes aeris successive se impellunt non potest
in hoc motu illa continuitas que ibi existit sed potest
quod omnia moventia et mota simul mo
verent et moverentur et per consequens simul qui
escerent ut in littera dicebatur.

Quoniam autem et hijs postquam
philosophus movit de illis proiectis et solvit
etiam in parte ista ut dicebatur venda[illegible]
intendit ostendere motorem primum esse impartibilem
et absque omni magnitudine etc. quod duo facit quia
primo premittit quedam preambula ad propositum secundo
ex illis preambulis premissis concludit magnitudinem.
Determinantes autem et cetera. Primum tale facit quia primo premittit
quedam preambula secundo exit preambulis [illegible]
natur vel habet esse in loco primi [illegible] movet quidam
dubitationem et cetera. Secunda ibi Necesse est autem.
Tertia ibi hoc autem dubium. Ad evidentiam autem
primi partis notandum quod philosophus probat necessitatem primi motoris esse im
partibilis quia est potentie infinite et movet per infinitum
tempus. Hanc autem propositionem [illegible] primi motoris esse impartibile
quia motor in potentia infinita [illegible] quam
tamen ad propositum spectat [illegible] quis [illegible] primi si daretur
motor celi semper [illegible] ab [illegible] motor [illegible] proiciolapid[illegible]

ab alio in alia per tempora. Ideo licet motus celi duret per tem-
pus infinitum, nullus tamen motor movet per tempus
infinitum, quia motores alii sibi invicem succedunt, et
nullius corporis motus continue per totum tempus [illegible]
possit. Ratio illa specificata [illegible] motorem [illegible]
et motum esse mobile, quia si haberet non esset potentie in-
finite, sed per infinitum tempus movetur. Tertio
apparet posse dicta [illegible] si dicitur motus esse
et irregularis, quia motus intensus per infinitum tempus
durare non possit. [illegible] facit philosophus [illegible]
ambula permittit per que excludi possint hee tres
obiectiones. Nam primo probat motum celestem esse unius
magnitudinis unum ab aliquo uno motore. Secundo probat
ipsum esse a motore immobili et infatigabili. Tertio probat
ipsum esse uniformem et regularem. [illegible] movens [illegible]
[illegible] et regularis hic motus. Dicit ergo quoniam ex hiis que
sunt et ex hiis que videntur esse in mundo necesse est esse
aliquem motum continuum. Hic autem motus continuus
est unus motus, quia ergo sic est necesse est hunc motum unius
alicuius magnitudinis unius esse et alicuius magnitudinis quia
impartibile non movetur, et sic est ab uno motore, quia aliter
non esset continuus et unus sed [illegible]
[illegible] aliud alii et hic motus divisus non continuus.

Nota. Notandum autem quod ex hoc apparet ad quid deserviat prima
negatio quoniam prius tractata de motu [illegible]
Nam sicut unus et continuus quia non est a motore
uno, si motus celi non esset a motore uno non esset unus
et continuus. Dubitaret forte aliquis quia videtur quod nullus
motus celi sit continuus, nam si aliquis motus
esset, et potissime esset motus primus primi celi.
Ille autem motus secundum commentatorem in xii metaphysice est a diversis
motoribus [illegible] igitur non est unus et continuus.

Dicendum quod motum aliquem esse a duplici motore potest
contingere successive vel non successive sed simul ad invicem
ordinatis. Si autem sic aliquis motus a partibus mobilibus
non successive ita quod primo moveat unus ille et iterum
moveat alius, hic motus erit unus et continuus. Sed si illi
plures motores sint ad invicem ordinati ita quod
unus motor intendat alterius et simul cum motore unius
motor alius, quia utrique unum [illegible] alterum [illegible] utroque
unum tantum, talis motus non discontinuabit. Sed hic
partes motores ut ad primum spectat [illegible] quia
unus motor. Quod non addebat de celo solutum est per
iam dicta, quia non movetur celum a partibus motoribus
successive sed a partibus mobilibus ad invicem ordinatis.

Demonstrato [illegible] motus igitur [illegible] motum celi esse a motore
immobili et infatigabili dicit quod nullus motor unum cum
est motus [illegible] autem motum totum motum [illegible] movet

esse non in motu. Si quod igitur movetur motum oportet ipsum
[illegible] movens mutatum simul autem cum hoc quod movetur
necesse est ipsum moveri ab alio, quia omne quod movetur ab alio
movetur. Quare cum non sit abire in infinitum stabit et con-
sistet vel continuabitur ipse stabit et continuabitur ipso [illegible] sic
moto moveri ab immobili. Hoc autem movens immobile
non necesse est simul mutari vel cum motor non sint mutatum
vel non simul movetur cum ipso mobili, sed poterit movere
semper quia sic movere sine mutatione sui est infatigabile vel
sine labore et pena. Patet igitur motum primi celi qui est a
motore primo non solum esse a motore primo uno sed etiam a
motore immobili et infatigabili. Dubitaret forte aliquis utrum mo-
tores celi sint infatigabiles. Videtur autem quod non, quia motores illi
vel diminuunt [illegible] suorum mobilium ut [illegible]
[illegible] eorum, sed quocumque modo ponatur novum non sequi-
tur [illegible] videmus et hoc in aliis quod
aliqua anime dividuntur divisione suorum corporum, alia
non, aliqua non dividuntur ut anime rationales que licet
tamen anime [illegible] divisa quam non divisa [illegible] motor [illegible]
motores sui [illegible] non faciat mo-
vebitur. Dicendum quod [illegible] quod in motu animalium accidit
motio et motor pena non autem in motu supercelestium corporum
non [illegible] motores horum animalium [illegible] ut [illegible]
sed hic [illegible] sicut [illegible] quod anime [illegible]
motor [illegible] corporeis et organicis. Cum enim virtu-
tes affixe organis consequebatur labor et dolor et pena
eo quod talia organa lassantur et fatigantur, ergo hic motus
sit cum labore et pena. Sed motores celestes movent [illegible]
virtute que non est corporis nec [illegible] ideo motus illos nec
labor nec pena comitatur. Hoc autem [illegible] quod
motores animalium [illegible] habent organicam
[illegible] brutorum ut si aliqui moventes ut
aliqui anime animalium habent aliquas virtutes non organicas
[illegible] rationales [illegible] philosophi motum
esse non possit [illegible] anime [illegible] suo corpori
[illegible] celesti celo nam [illegible] rationali [illegible]
unum [illegible] anime [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
non attingant [illegible]
tes affixas organis motibus quibus fiat motus quod sine
labore et pena esse non potest, sed in motoribus celorum [illegible]
habitat nam ex [illegible] motoribus et celo non fit unum [illegible]
[illegible]
[illegible] que sunt non organi-
ce in [illegible] attingit celum quam anime animalium
[illegible] in motibus [illegible] motus celestis [illegible] non organica [illegible]

non consequitur labor in pena. bene igitur dictum est motores celorum
moveri infatigabiliter. motores vero animalium movent cum labore
et pena. ex hiis autem motoribus que superius dicebatur intelligitur de-
clarandum videlicet quod motores motu pacientis non possunt
facere motum continuum sed oportet motum eorum interruptum. mo-
tores vero motu pacientis ut anime animalium sunt fortes super
omnem motum ut patet non movetur nisi in membris
organicis quando labor et pena consequitur propter quod oportet motum eorum in-
terruptum. sed motores non motu pacientes cuiusmodi sunt motores
celestes non patiuntur sunt fortes supra motum corporum propter quod non organica
sunt in motu perpetuo motus quia infatigabiliter moventur possunt ergo
continue et perpetue motum suum. ultimo autem sic continuabit et per-
turbabit ipsum et ulterius dominus qui est super omnem ordinem et immu-
tabit aliam seriem postulat. Deinde cum dicit Irre-
gularis dicit uniformem et regularem dicit quod hic motor
qui est primi celi solus est regularis maxime non movens
ipsum non habet neque unquam mutatur et quando motus ipsum
est omnino in mobile. oportet quod ipsum celum quod movetur neque
ipsum neque motum quem habet a primo motore non habet mu-
tationem aliquam quare motus eius sit similis vel sit semper uniformis.
Nota. Nota autem quod in superioribus motibus fundatur suis motoribus
quod primus motor est omnino inmobilis congruum est quod movens
ab ipso ut primum celum et primum mobile nullam aliam mu-
tationem habere preter mutationem illam quam recipit a primo motore quia ali-
quam aliam mutationem haberet quicumque primus motor uniformiter
movet perfectum possibile contingeret quod ipsum primum mobile non
uniformiter movetur. nam cum actus activorum sunt in paciente
et disposito valido passo valido et actio agentis recep-
ta in ipso. Dubitaret forte aliquis utrum solus motus primi
celi sit regularis. Dicendum quod sic regularis et mensura ponitur
aliquid uniforme quia in talibus unius dicitur decepto ut de-
clarabitur. Mobile igitur mobile aliquod movetur motu irregulari
est movetur motu uniformi quia autem aliquid non movetur
...tur uniformiter quamvis ad primus spectat dicitur potest contingere
primo mobili moveri diversis motoribus non ab ipso quod aliquo
mobile pluribus motibus movetur non uniformiter movetur et quia
videmus de motibus secundum motum magnitudinis inquantum sit nullus
motor extra ... in magnitudine motorum diversis motibus debetur dici
et inventa aliorum motuum immo quibus illorum mo-
tuum aliquam difformitatem quodammodo videmus quod
magnitudo inqua sit difformiter movetur uno modo in mo-
tu difformiter est moveri diversis motibus alio modo aliquo
modo difformiter sine eodem motu diversitate habet omnis igitur
spere alie a prima spera non moventur uniformiter tum quia
moventur diversis motibus ut motu proprio et raptu fir-
mamenti tum eciam quia illa est sicut astrologorum videlicet
quod est dare circulos ecentricos circa unum vel eccentricum
et deferentes planetarum secundum unum et eundem motum motus differt

Nota
in illo motu est assignanda diversitas aliquando et sic non
est diversitas respectu zodiaci quia distancie planete ... si
sunt super eccentricos ab ipso zodiaco in quibus equalibus
absidant inequales ut declarabit in almagesti. solus igitur
regularis et maxime motus primi celi qui per antonomasiam dicitur
motus quia primus motor et unus et est quia solum ipse regularis
et mensura omnium aliorum motuum et solus ipse habet esse
magis motus omnia uniformiter et regulariter. Deinde
cum dicit Necesse est autem in medio permissis hic probat
venandum ubi habet primus et motor dicens quod necesse est ipsum
aut in medio centri aut in celo aut in circumferencia nam
hec sunt centrum et circumferencia sunt principia ipsius spere sed quia
quanto movetur propinquius ipsi motori tanto autem videlicet motus
est velox et tanto est motus tardus vel motus circumferencie
qui continet totum igitur videlicet in celo sit in circumferencia
est motus primum. Nota autem ut ratione huius intelligendum
videlicet quod magis propinquum motori movetur velocius quia
sicut propinquiora agenti participant plus de actione eius
ut proximiora calefacienti calefacientur calidius secundum non proximum
motori et inter ... habet motor quod magis et
velocissime movetur sed primus est ultima spera. sine circum-
ferencia supremi celi deus ergo ipse qui est primus
motus magis debet dici quod sit in celo quam in terra et in
circumferencia quam in centro et in medio omnis celos maxime
in primo celo quo velocissime movetur. Nota contra
... dicit quod omnes leges concedunt cum hiis dicitur philosophi quia
omnes concedunt deum magis esse in celo quam in terra et
magis in circumferencia quam in centro. Nota quod
circumferencia et centrum dicuntur principia spere
quia sunt principia circumferencie ipsam et sunt partes diffinitive
ipsam et diffinitur spera quod est corpus solidum una superficie
contentum in cuius medio est centrum a quo omnes linee
ducte ad circumferenciam sunt equales propter quod igitur in diffinicione
de spere ponitur centrum unius superficiei ponitur circumferencia
et ponitur centrum eius est igitur intencio philosophi quod motor primus
moveat motum speciei qui est prius ipsius spere et ita principia
spere sunt centrum et circumferencia est autem in circumferencia
supremi celi et non in centro propter rationem iam dictam vi-
delicet quod illa velocissime movetur. Dubitaret forte
aliquis quod est propinquius primo utrum moveatur velocius
vel autem quod non quia saturnus per comparationem astrorum com-
plet circulum in xxx annis. octava autem spera per ptholo-
meum in xxxvi milibus annorum sed secundum que sunt propinquiora
primo motori tardissime moventur. luna autem que
maxime est propinqua terre velocissimum habet cursum
ut quam in mense peragit circulum suum et in mo... revol-
ventem ut dicitur in ... planetarum ... tempore
quod in mense bis peragit ... non planete

Nota

Nota

Nota

que sunt inter saturnum et lunam scilicet quod magis appropinquat saturno tardius complet cursum suum propter autem appropinquat lune citius non autem quod est propinquius primo motori movetur citius et quod est remotius tardius. ¶ De intentione huiusmodi philosophi quia quanto celum aliquod est superius tanto velociorem habet motum quidam autem ut simul cum intentione saluarent apparentiam dixerunt quod omnium aliorum celorum a primo celo est duplex motus unus qui fit raptu firmamenti ab oriente in occidens alius quod est proprius uniuscuiusque eorum contrarius huic ab occidente in oriens cum ergo queritur quanto sunt remotiores a centro tanto habent velociorem motum dicunt quod si loquamur de motu qui fit raptu firmamenti sic veritatem habet quod philosophus dicit videlicet quod quanto spera celestis est superior tanto habet velociorem nam per hunc motum omnes celestes inter diem et noctem revoluuntur cum ergo sint maioris magnitudinis quam inferiores revolutiones sunt per hunc motum spere superioris quam inferiores quia in equali tempore transeunt magis spatium cum sit in eis maior magnitudo. Sed si loquamur de motu proprio sic ut dictum supra in alia spera excepta de aliis speris hic sentiendum est quod quanto sunt propinquiores centro tanto velocius volvuntur ¶ Possumus tamen dicere quod est secundum motum proprium spere superiores velocius volvuntur nam licet saturnus compleat cursum in xxx annis quam faciat sol complendo cursum suum in uno anno per dicta ergo doctores forte hic voluerunt intelligere quod per motum proprium spere inferiores citius moventur quia citius complent cursum suum simpliciter tamen superiores etiam per hunc motum moventur velocius propter magnitudinem spatii quam percurrunt ¶ Videtur forte dicere aliquis quod videtur falsum quod philosophus dicit videlicet quod primus motor est in circumferentia non inmerito namque motorem primum invidet et omnia mundi conservat dicebatur enim supra quod deus est prima causa [illegible] et alia vero agentia magis sunt causalia sicut ut de artifice magis est causa ipsius quam et cuius non permanente edificatore permanet domus sed non permanet sol non edificium ergo non permanente deo illud causatum ab ipso non potest cum deus sit causa et sicut causatorum ¶ Responsio sicut ut fuit tamen probabatur deus est sine omni magnitudine sed quod dicitur per magnitudinem vel quantitatem non competit ei dicitur ubi in aliquo ergo deum esse dicitur et dicitur ubi autem in circumferentia ipsius celi ¶ Dicit quod ut communiter habere primum movere in aliqua parte determinata unius non est per determinationem sicut sed ipso non ubique per essentiam omnino in conservando sed hoc

dicitur esse per effectus motus inter non quod motor est magis dicatur et in celo quam in terra et magis in primo mobili quam in aliis mobilibus et magis in prima parte orientali primi mobilis quam in occidentali quia effectus motus magis apparet in celo quam in terra et velocius movetur primum mobile quam alia celi et prima motus magis est in oriente quia motus eius non per philosophum incipit motus celi in illa situ ergo hic per determinationem sed per effectus motus dicitur ubi dicit ¶ Hic autem dubitatum ut dicebatur movet quandam dubitationem predictam scilicet quod duo sunt quia primo movet hic dubitationem postea solvit respondet et dicit non ipsum ergo dicit ergo quod hic dubitatur si contingat aliquod quod movetur continue sed non sicut impellens iterum atque iterum in convenient et continue quod dicit quod simulatur continue large sed quod aliquid impulsum est et respicitur ut per aliquid iterum atque iterum sed si hic fiat sine intermissione temporis dicitur et impulsum continue ¶ Nos autem hanc questionem deservimus prima negotio probabitur non quod motus factus simpliciter in mobili et omnino continuus motus autem factus a corpore et aere in mobili deficiat a continuitate ut motus proiectorum ab aere qui fit per talem impulsionem licet fiat hic motus sine intermissione temporis non tamen hic motus continuus non vellemus hic motum sumere large prout et continuum dicitur continuum si ergo motus factus a primo motore est simpliciter continuus oportet primum motorem et inmobilem et per consequens incorporeum et absque omni magnitudine. unde commentator vult hanc questionem et ductam ad probandum primum motorem et sine quantitate et incorporeum ¶ Deinde cum dicit at vero ipsum solum ostendit quod movens motum vel movens corporeum non potest movere motum omnino continuum et dicit quod ipsum supra corpus ut ipsum simpliciter movens ut ipsum corpus si debeat movere oportet impellere aut attrahere aut facere utrumque aut ab ipso movere aut aliquid aliud quod est contingens et quod contingit ab alio sic ut in dictum est in his que proiciuntur quia proiciens movet proiectum quod contingit vel attingit aliud ut dicitur aer attingitur ab alio aere et sic per huiusmodi contactum vel impulsionem fit motus proiectorum ¶ Sed his modis movet movens corporeum sive movens motum patet quod cum movet impellendo et attrahendo non movet continue sed non movet motu proiectionis ut causa movet attingendo aerem vel aquam ad corpus inherentem vel contento motus continue. Ideo subdit si autem cum simul sit aer et aqua motus sed motus non est secundum unum quia motus sine intermissione temporis fit non

in aere et in aqua. Sed licet aer et aqua moveat semper id quod movet sine intermissione non tamen semper movet continue quia utrobique scilicet in aere et in aqua non potest esse quod contingat movere et incontinuum. Licet hic tamen consequenter plures ita quod continue est motus ille quia motor movens in mobile ipsum est aliter se habens quia non videtur mutare cum ergo non videatur nisi similiter continue se habet ad id quod movetur quod poterit similiter et continue movere et facere motum simpliciter continuum. Notandum autem quod corpus vel movet impellendo vel attrahendo vel aliud contingendo motum autem impulsionis et attractionis non est aliud continuum et uniformem et regularem patet quia utrumque attrahens et impellens non eodem modo se habet [illegible] ad id quod movetur in propinquitate et remotione in [illegible] in fine impulsionis aut attractionis. Supponens igitur philosophus tractum et pulsum factum a motore corporeo non esse omnino continuum probat motum factum ab eo quod attingitur aer vel aqua non est omnino continuum nam cum talia divisibilia sint et [illegible] divisibilitatem [illegible] licet quamdiu durat motus proiectionis aque vel aeris movetur corpus proiectum semper sine intermissione temporis tamen huiusmodi motus non est continuus quia non est unus motus sed ut supra ostendebatur sunt ibi plura moventia se habentia consequenter ex omnibus ergo hiis vult philosophus motum factum a motore moto sive a motore corporeo non esse omnino continuum. Notandum tamen secundum commentatorem quod motor qui est corporeus non est divisibilium distantia apud id quod movetur ideo factus motus ab ipso non est continuus quare cum motus factus a primo motore sit omnino continuus oportet primum motorem esse immobilem et incorporeum [illegible] hoc quoniam ad ostendendum primum motorem esse sine quantitate et impartibilem. Notandum tamen quod motus omnino continuus hic oportet motus simplex et primus qui non potest componi [illegible] mobili quod cum movetur a motore moto sed a motore immobili. Hic ergo accedit est intentio eius quod cum [illegible] omnium continuus et primus qui sit regula et mensura aliorum motuum non possit esse a motore moto et corporeo primum motorem demovens hoc motum esse omnino immobilem et incorporeum. Dubitatur forte [illegible] motor primus sit omnino immobilis [illegible] quod moveri per se quedam per accidens et quedam ab intrinseco per se autem movetur corpus per accidens vero partes corporum ab intrinseco autem moveri dicuntur que cum agunt propter finem alium a se ipsis [illegible] dicuntur moveri ab intrinseco quia [illegible] rei [illegible] in finem appetitum illi [illegible]

apprehensione sed huiusmodi motus in finem sit mediante cogitatione et apprehensione cum ergo motus sit rei distincte et differentis [illegible] appetit finem alium a se ipso [illegible] moveri ab intrinseco. Cum hiis autem motor primus deus est omnino immobilem non [illegible] moveri per se [illegible] per accidens quia non est pars corporis nec etiam movetur per appetitum [illegible] cum quia non agit propter finem distinctum nec propter finem alium a se ipso sed omnia propter ipsum operatur et ideo ubi supra [illegible] volens philosophus veterum [illegible] describere in [illegible] primum dicit quod est immobilis et per accidens et ab intrinseco [illegible] quod alius motoribus dici non potest [illegible] loquendo de motu ut hic loquimur et sic sunt immobiles per se quia non sunt corpora et per accidens quia non sunt partes corporum possunt tamen quodammodo dici moveri ab appetitu intellectuali [illegible] per huiusmodi appetitum feruntur in finem alium et propter finem alium a se ipsis. Demum cum dicat determinatis autem hiis [illegible] ut [illegible] maiorem efficaciam motus esse habeat motor primus et movet questionem determinate huic negocio sed quod probare intendimus motorem esse sine quantitate et immobilem et impartibilem. In prima ista [illegible] que dicebat probat intentum omnis motor primum esse preter omnem magnitudinem [illegible] quod duo [illegible] sed sequitur determinatio ibi. Si non manifeste dicit ergo determinatis autem hiis manifestum est quoniam impossibile est primum movens immobile [illegible] quod est immobile habere aliquam magnitudinem. Demum [illegible] Si non magnitudinem consequi determinato probat quod dicebat dicens quod primus motor habebit magnitudinem aliquam necesse est magnitudinem quam habet esse finitam aut infinitam. Infinitam quidem igitur magnitudinem quod non contingit esse [illegible] prius in physicis [illegible] aut finitam magnitudinem [illegible] impossibile [illegible] infinitam potentiam [illegible] impossibile sit [illegible] ab hac finitam potentiam moveri aliquid per infinitum tempus [illegible] in hoc octavo sed primus motor movet motum perpetuum et movet in tempore infinito [illegible] quod sit [illegible] indivisibile et impartibile et nullam habens magnitudinem [illegible] non habens magnitudinem infinitam [illegible] finitam [illegible] magnitudinem finitam [illegible] nullam habens magnitudinem nullo igitur modo [illegible] simpliciter [illegible] indivisibile [illegible] In recognitione igitur illius consistit summa felicitas [illegible] in secula seculorum. Laus est finire pudor est incepta perire. Amen.

Anima enim ut testatur philosophus est quodammodo omnia. quicquid enim est vel est sensibile vel intelligibile. Anima autem per sensum est quodammodo omnia sensibilia. et per intellectum omnia intelligibilia. Nam sicut manus est organum organorum. sic intellectus est species sensibilium specierum. Natura enim aliquibus animalibus tamquam instrumentum et organum ad sui tuitionem dedit cornua. aliquibus vero ungues. homini autem dedit manus. et dando sibi huiusmodi organum quodammodo dedit ei omnia organa quia per manum instrumentum quodlibet organum sibi fabricare potest. Ideo dicta est manus organum organorum quia est quodammodo omnia organa. Sicut et natura aliquibus corporibus dedit hanc formam sensibilem ut albedinem. aliquibus vero colorem alium ut nigredinem. homini autem et cunctis animalibus perfectis dedit pupillam et omnes sensus. et dando pupillam quodammodo dedit eis omnem colorem. Est enim pupilla aliquomodo omnis color quia est susceptiva specierum omnium colorum. Sic et dando eis omnem sensum dedit ipsis omnes formas sensibiles propter quod dictus est sensus species specierum sensibilium. quia est quedam virtus comprehendens omnes formas sensibiles. Anima igitur dicitur esse quod anima per sensum est quodammodo omnia sensibilia. Et quod consequens est de sensu tamquam sensibilium intelligendum est et de intellectu tamquam intelligibilium. Nam intellectus est susceptivus omnium formarum intelligibilium. Et quia unumquodque recipit distinctionem et differentiam ab eis a quibus recipit esse et speciem. cum intellectus informetur speciebus obiectorum et recipiat formam et speciem ab ipsis obiectis oportet quod ea que sunt in intellectu recipiant esse et speciem ab ipsis obiectis propter quod oportet talia diversificari secundum diversitatem obiectorum. Scientie ergo quia sunt in intellectu diversificabuntur per diversitatem obiectorum sive secundum diversitatem rerum que determinantur in scientia. Hec autem diversitas dupliciter potest accipi vel per essentiam vel per intentionem. cum enim dicimus scientias diversificari secundum ea que determinantur in ipsis non est accipienda ista diversitas per essentiam. ut quod de una et eadem re per essentiam non possint diverse scientie tractare. Methaphysicus enim et physicus considerant de materia prima ut dicit Commentator in xii metaphysice. Sed non per eandem rationem. methaphysicus enim considerat ut habet rationem entis. physicus vero ut est subiecta transmutationi et motui. sufficit ergo diversitas intentionum ad diversitatem scientiarum. Et quia secundum aliam et aliam intentionem accipitur aliquid secundum esse speciale et secundum esse commune non est inconveniens unum et idem consideratum secundum esse commune et speciale pertinere ad diversas scientias ut de corpore determinat phisicus secundum esse speciale vel secundum rationem qua mobile. Methaphysicus vero determinat de eo secundum esse commune et secundum rationem entis. et si commune et speciale sufficiunt ad diversificandum diversarum scientiarum nulli dubium esse debet quod sufficere possint ad diversitatem diversorum librorum in eadem scientia. Cum ergo tota philosophia naturalis sit de corpore mobili et de habentibus analogyam ad tale corpus. possumus primo facere dividere libros naturales. quia vel in eis determinatur de corpore mobili in communi. vel de his que modo speciali quod particulari habent analogiam ad tale corpus. Libri enim physicorum de celo et mundo et de generatione sunt quasi libri communes. ceteri vero sunt quasi speciales. Sed inter ipsos communes est ordo quidam quia liber physicorum est communior libro de celo et mundo. et liber de celo et mundo libro de generatione. In libro enim physicorum intendit principaliter de corpore mobili simpliciter non contrahendo ipsum ad situm vel ad formam. et si aliquid determinatur de motu ad situm vel ad formam. hoc est in quantum in talibus motibus resultat ratio motus simpliciter. Libri vero de celo et mundo sunt et de generatione sunt aliquo modo de motu contracto. In nullo enim istorum principaliter intendit de motu simpliciter sed in libro de celo et mundo intendit de mobili ad situm in libro autem de generatione de mobili ad formam. Mobile autem ad situm est communius mobili ad formam. motus enim localis competit omni corpori secundum philosophum. Ille est enim motus de quo probatur in vi physicorum quod omne corpus mobile et omne mobile corpus quod vero utrum sit vel sit dare aliquod corpus immobile non est presentis speculationis. Reperitur enim motus localis et in supercelestibus quam in spera activorum et passivorum. Ideo liber de celo et mundo qui continet libros iiii or sic nominatur est quia primi duo libri sunt magis de celo. Alii vero duo libri ut tertius et quartus videntur magis esse de mundo. et ut de motu activorum et passivorum. Non est ergo dubium librum de celo et mundo precedere librum de generatione et corruptione cum motus ad formam non reperiatur nisi in spera activorum et passivorum. Motus vero ad situm reperiatur in supercelestibus. Sed forte dubitaret aliquis quod liber physicorum non debeat precedere librum de celo et mundo. nam cum motus ad situm ut dictum est reperiatur in omni mobili. determinata in libro physicorum non se extendunt ad plura mobilia quam determinata in libro de celo et mundo. Ad quod dici potest quod et si determinata in libro physicorum non sunt universaliora secundum numerum mobilium. sunt tamen magis universalia per intentionem considerationis. Intendit vero in libro physicorum de mobilibus secundum esse commune prout in eis reperitur motus simpliciter. In libro vero de celo et mundo intendit simpliciter prout in eis reperitur motus ad situm. et hoc sufficiat ut ille precedat istum. Patet ergo quid sit subiectum in libro de generatione et corruptione quia corpus mobile ad formam. Patet et que ordinem habet in tractatu librorum naturalium quia est tertius. et quomodo differt ab omnibus libris quia subiectum in hoc libro est minus commune quam in libro physicorum et celi et mundi. Est tamen communius subiecto aliorum librorum. His visis ad expositionem littere descendamus.

De generatione autem et corruptione etc. Consuetudo est philosophi suis libris premittere prohemia quod et in hoc libro fecit. Possumus ergo hunc librum dividere in duas partes. in prohemium et tractatum. secunda pars est ibi. Antiquorum ergo quidam. In prohemio narrat ea que dicenda sunt in executione. Ad cuius evidentiam notandum quod licet motus large sumptus sit

species intelligibilium et sensus est species

dicta

Iste liber physicorum intitulatur [illegible] liber physicorum [illegible] quia et si alii libri naturales sunt [illegible] physicorum [illegible] a quibusdam intitulatur de physico auditu quia ad [illegible] audiendo accessimus

in quatuor generibus scilicet in substantia qualitate quantitate et ubi ut probatur in tertio physicorum. Motus tamen ad formam non potest esse in ubi quia per talem motum non acquiritur nova forma sed novus situs. ¶ Accipiendo ergo motum ut includit mutationem dicimus motum ad formam esse in tribus generibus scilicet in substantia et hic dicitur generatio vel corruptio. In quantitate ut augmentum et diminutio. In qualitate ut alteratio. ¶ Dicit ergo philosophus in hoc libro vult determinare de omni motu ad formam. Oportet enim non solum determinare de generatione sed et de augmento et alteratione. Sed quia generatio inter istas est principalior, ideo augmentum et alteratio possunt dici quasi annexa. Sic et tractare de dicta mutatione generationem et alterationem multo fortius quid annexum debet dici ex quo alteratio ipsa quid annexum dicitur. ¶ Ex hoc autem patere potest quare iste liber intitulatur liber de generatione cum tamen in eo non solum de generatione tractetur sed et de alteratione et augmento quia denominatio debet fieri a principaliori non ab annexis. ¶ Dividitur ergo presens prohemialis in duas partes quia primo tangit principaliter intenta in hoc libro. Secundo tangit annexa ibi. Simpliciter autem et de alteratione. ¶ Secundo notandum ergo quod philosophus in hoc libro tenet hunc ordinem quod primo determinat de generatione et corruptione per se et hoc in primo libro. Secundo omnem generationem et corruptionem elementorum et hoc in principio secundi libri. Tertio determinat de causis generationis et corruptionis quantum ad ea que dicuntur esse circa finem huius libri. Hec est ergo quod ait quod vult determinare de generatione et corruptione secundum se quod facit in primo libro. Et de natura generatorum et corruptorum idest vult ostendere generationem et corruptionem inesse generabilibus et corruptibilibus quod facit in principio secundi huius. Et circa finem libri declarabuntur cause et rationes idest diffinitiones vel ut sumatur expositive pro idem ut sit sensus cause idest per idest rationes. Nam assignare rationem est assignare causam eius. Vel aliter et forte melius declarande sunt cause et rationes idest cause rationales sive universales. Ratio enim circa universalia versatur. Vel alia littera habet vos habemus quod unde sunt cause et rationes hic quod determinande sunt cause universales omnium generatorum et corruptorum quod melius tamen concordat quod cum sit textus quia circa finem libri assignentur cause universales omnium generatorum et corruptorum. ¶ Sciendum autem omnia predicta esse aliquid in essentia doctrine. Nam secundum philosophum in libro posteriorum capitulo de unitate scientiarum scientia est una que est unius generis sibi partes et passiones considerans. Conveniens est ergo scientie quod considerat passiones et subiectum sive partes eius. Et ea per que probantur passiones de subiecto vel partibus eius. ¶ Primum ergo ait quod vult declarare de generatione et corruptione tangit passiones et proprietates ipsorum generabilium et corruptibilium. Cum vero subdit declarandum esse de natura generatorum et corruptorum idest de generatis et corruptis universaliter tangit subiectum generationis et corruptionis non solum secundum se sed et secundum suas partes cum nominet tale subiectum particulariter secundum diversas partes. Corpus enim mobile ad formam quod est subiectum in hoc libro est corpus generabile et corruptibile. Quia vero addit debere causas et rationes horum tangit ea per que probantur passiones de subiecto et de suis partibus. ¶ Deinde cum dicit Simpliciter autem et de alteratione. Narrat ea que sunt annexa negotio principali dicens. Simpliciter autem idest per ea que dicta sunt que sunt principaliter intenta dicendum est de hiis que sunt aliquo modo annexa quia ostendendum est de alteratione et augmentatione quid sit utrumque eorum et dicendum est. Utrum estimandum sit a nobis eandem rem esse naturam generationis et alterationis vel non est eadem natura utriusque sed est semota et distincta ut sic generatio et corruptio sunt declarata nominibus quia habent alia et alia nomina sic habent aliam et aliam naturam. Declarabitur enim ut generatio et corruptio differant secundum rem ut differunt secundum nomen. ¶

Philosophus in prima parte huius prohemii tria tangit. Primo enim dicit quod vult tradere noticiam de generatione et corruptione. Secundo dicit talia esse naturalia. Tertio addit quod vult tradere doctrinam continentem causas et rationes generatorum et corruptorum. Sed quia possunt fieri rationes de rebus non existentibus videtur inconveniens quod velit tradere scientiam que non corrumpatur per corruptionem scibilium cum possint fieri rationes et argumenta de pluvia pluvia non existente. Tria ergo sunt declaranda. Primo utrum de istis sensibilibus et corruptibilibus possit esse scientia. Secundo dato quod de hiis possit esse scientia dubitatur utrum corruptio sit quid naturale et utrum scientia de corruptibilibus possit dici naturalis. Tertio declarandum est utrum re corrupta remaneat scientia. ¶ Circa primum dubitatur sic videtur quod de istis sensibilibus et corruptibilibus non possit esse scientia. Nam sensibilia sunt sola particularia. Particularium autem non est scientia nec diffinitio ut dicitur septimo methaphisice. ¶ Preterea arguebat Eraclitus quod talium non est scientia cum sint in continuo fluxu. Scientia enim est de necessariis sive de hiis que non contingit aliter se habere quod concordat cum libro Boecii in principio arismetice dicentis scientiam esse eorum que immutabilem substantiam sortiuntur. ¶ Notandum ergo ad evidentiam quesiti difficultatem questionis ex duobus consurgere. Videmus enim scientiam esse de sensibilibus et corruptibilibus. De talibus esse scientiam videtur repugnare rationi tum quia sensibilia tum quia corruptibilia. ¶ Sed evitando autem difficultates has dicunt quidam posse scientiam esse de sensibilibus sed de hiis sensibilibus abstrahit enim physicus ab hoc sensibili et ab illo sed non a sensibili simpliciter propter quod non est scientia de particularibus sed de universalibus. Et quia de sic acceptis sensibilibus possunt tolli incorruptibiles rationes de sensibilibus et corruptibilibus esse scientiam non est inconveniens. Hec autem licet vera sit difficultatem questionis non videtur evacuare. Immo videtur quod idem replicetur. Nam quicquid sensus sentit est hic et nunc. Non enim sentit sensus nisi hoc vel illud. Si ergo abstrahatur ab hoc vel ab illo ulterius sic abstractum non est ulterius sensibile. Non ergo meretur ulterius dici sensibile propter quod videtur omnino esse idem abstrahere ab hoc sensibili et ab illo et abstrahere a sensibili simpliciter cum simpliciter non remaneat sensibile si non sit hoc vel illud. ¶ Sciendum ergo quod secundum philosophum circa finem primi posteriorum sensus est universalis licet sentire sit singularis. Possumus enim dicere potentiam universaliorem esse actu. Potentia enim sumitur per obiectum simpliciter licet secundum actum possit ferri in hoc obiectum. Ut obiectum intellectus est quod quid est simpliciter tamen secundum actum fertur potentia intellectiva in hanc quiditatem vel in illam ut in quiditatem leonis vel lapidis. Sic et visus est coloris numquam tamen sentit nisi hunc colorem. Sic enim visus est huius coloris determinati secundum quod hic vel alium colorem

d? de generatione

Ordo

non sentiret. cum ergo omnem colorem sentiat erit visus per quod
hic colorati et lucidi. non autem huius colorati vel illius lucidi
et sicut visus est coloris videt tamen hunc colorem. ita sensus
est qualitatis sentiunt tamen hanc qualitatem. quamdiu ergo non abstrahimus a qua-
litate simpliciter non abstrahimus a sensibili simpliciter. et quia physicus non abstra-
hit a qualitate simpliciter ideo hec scientia simpliciter est de sensibilibus. ¶ Sed hec scien-
tia ut dicebatur non sunt pure sed alia. Dicuntur enim alia esse sensi-
bilia magis [illegible] quam [illegible]. hoc autem sic declaratur
quia res sicut se habet ad esse ita se habet ad cognoscendum. et quia prius
proprie loquendo et secundum quod huiusmodi ad suum esse non indiget posteriori.
in ad suum intellectum posteriori non eget. quantitas ergo sit prius
simul cum priori potest tamen intelligi prius posteriori non intellecto.
secundum autem prioritatem et posterioritatem hec se habent per ordinem. scilicet quid
dictas qualitas quantitas. et hec qualitas. potest ergo intelligi quod dicta
non considerata qualitate vel quantitate. Et hec consideratio vi magis perti-
net ad metaphysicam. Sic etiam potest intelligi quantitas non intellecta
qualitate. quia primum quod adheret substantie est quantitas sicut vult
Themistius ut recitat Commentator super metaphysicam. et hec consideratio
est magis mathematica. Ideo mathematica non abstrahit a materia simpliciter. cum
non possit intelligi quantitas non intellecta materia quia primum
quod adheret substantie est quantitas. non abstrahit tamen a materia sensibili
quia abstrahit a materia qualitatis cum consideret nimirum quantitatem non tamen
considerata qualitate propter quam res sensibiles. Physicus vero considerat substantiam
ut coniunctam qualitatibus et quantitatibus. Ideo non solum non abstrahit
a materia simpliciter sed etiam non abstrahit a materia sensibili. quia non abstrahit a materia
qualitatis [illegible] et non est descendens vel descenderemus ad hanc quali-
tatem particularem sed illius sic accepti non est ulterius scientia sed sensus.

¶ Ex hiis autem apparet potest intelligi illud ubi dicitur metaphysice
quod tres sunt modi essentiales philosophie. physica mathematica et divina.
qui modo quemadmodum se habent per ordinem. et quomodo in istos
est descensus. et quomodo ista pertinet ad scientiam pertineat cum in-
teriores non sit scientia. Sed ulterius patet quod dicta sunt clare est in-
Ex hoc patet potest quod scientia naturalis est de generabilibus et corruptibilibus. scientia enim
considerata in scientia naturali quod hic sunt coniuncta qualitatibus et virtutibus
activis et passivis propter quod est ad generationem et corruptionem. ideo hec
scientia de generabilibus et corruptibilibus dicitur non quia sit de particularibus sed de
universalibus de quibus omnes in variabilibus fieri possunt. Sic ergo declara-
ta veritas questionis. ¶ Secundo declarandum est utrum corruptio sit quid naturale
et utrum sic [illegible] quod scientia de corruptione sit scientia naturalis.
Iuxta quod quidem duo videntur facere dubium. primum sumitur ex parte
ipsius nature. secundum ex parte ipsius corruptionis. Natura enim ut dicitur
secundo physicorum et v° metaphysice. proprie et primo dicitur de forma.
de aliis autem in tantum dicitur in quantum habent ordinem ad formam
ut si materia dicitur natura hoc est quia suscipit formam. Si autem motus dicitur
natura hoc est quia est via in formam. Si ergo natura proprie et primo dicitur de forma
de aliis autem in tantum dicitur quod simpliciter repugnat forme ad naturam
non videtur pertinere nec dicitur quid naturale. cum ergo forme proprie sit da-
re esse privationes et corruptiones quia de se sunt non ens. ut [illegible]
illa [illegible] non possunt [illegible] non videntur pertinere ad considera-
tionem scientie naturalis. Secundum autem quod facit dubium in questione est ipsa
corruptio. natura enim agit propter finem ut dicitur ii° physicorum
et finis et bonum sunt quid idem ut innuit philosophus secundo
metaphysice. quod non habet rationem boni sed quod hoc non potest esse intentum
a natura nec etiam ab aliquo agente propter finem. corruptio ergo quia non habet
rationem boni non potest esse de intentione nature. et per consequens non videtur perti-
nere ad considerationem scientie naturalis. ¶ Ad has autem difficulta-
tes vitandas quidam dixerunt corruptionem esse de intentione nature
non nature que est forma sed nature que est materia. sed hoc non est verum. nam corruptio
proprie loquendo non est de intentione nec forme nec materie nisi per ac-
cidens tamen est de intentione utriusque. Materia enim non intendit cor-
ruptionem forme sub qua existit. sed intendit perfectionem suam quia una forma
suum appetitum saciare non potest. ideo cum est sub una forma appe-
tit esse sub alia. propter quod per accidens appetit corruptionem illius forme
sub qua existit. sic etiam ignis per formam suam agens in aquam
non intendit corruptionem aque sed intendit inducere formam suam in materiam
aque. quod intendendo per accidens intendit corruptionem aque. Nullo
ergo proprie loquendo est de intentione corruptio per accidens tamen non solum materia
sed et agens et forma corruptionem intendit. Intendit
est ergo aliter propter quod nondum quod triplici via venari possumus quod
declarare de corruptione pertinet ad scientiam naturalem. et quod in ipsa
corruptio est naturalis vel potest dici naturalis. ¶ Prima via sumitur
ex parte illius scientie naturalis. secunda ex parte nature. tertia ex parte nature
forme. Prima via sic ostenditur. Duplex enim est naturalis scientia
practica et speculativa. Scientia enim ut practica est et ut opera-
tiva cum efficit unum oppositorum non efficit aliud. Faciens enim u-
num oppositorum non operatur ad factionem alterius sed ad destruc-
tionem eius. Sed in speculativis non sic est. quia et ut dicitur in vi°
topicorum qui bene diffinit contraria cognoscit. Noticia enim
unius contrarii facit ad noticiam alterius. Rectum enim est iu-
dex sui et obliqui ut dicitur in primo de anima. rectum enim licet
contrariet obliquo facit tamen ad cognitionem obliqui. et eadem que considerat scientia
de recto considerat et de obliquo. Si ergo scientia naturalis esset
practica et per scientiam naturalem per quam homines naturas res producerent
in esse. forte haberet dubium utrum ad eam spectat quod hic per-
tineret corruptio. sed cum sit speculativa sed eius est considerare de
generatione non est dubium quod ad ipsam spectat consideratio de corr-
uptione. ¶ Secunda via sumitur ex parte nature. non enim quod sit
de intentione nature quod dicitur naturale sed sufficit quod naturaliter eveniat.
Cum ergo per naturam eveniat corruptio quia omnia que per quamvis res possunt
esse et non esse ut dicitur vii metaphysice corruptio quid naturale dici
potest. ¶ Tertia via sumitur ex parte forme. nunquam enim aliqua corr-
uptio sic simpliciter ut in nichilum redigatur sed semper generatio unius
est corruptio alterius et econverso ut inferius patebit. Si enim
ad [illegible] vel redigeretur talis corruptio forte esset contra na-
turam cuiuslibet forme. sed cum ex qualibet corruptione ali-
quid generetur nulla est corruptio que sit contra naturam forme simp-
liciter sit contra naturam huius forme vel illius. in corruptione enim
est considerare formam que abicitur. formam que introducitur
et materiam successive subiectam utrique forme. corruptio ergo
licet sit contra naturam forme abiecte non est tamen contra naturam materie
vel forme introducte. ¶ Si ergo queratur utrum corruptio
sit consideratione scientie naturalis planum est quod sic. quia licet violenta
generaliter [illegible] tamen de consideratione scientie naturalis esset cum
eadem arte sit contraria consideratione. Sed si queratur utrum

posset dici universaliter patet quia accipiendo universale large secundum quod universale est quodcumque consideratur universaliter dici potest corruptibile quod universale est in universalibus quia est secundum naturam mentis. Et ideo quod universale potest dici quod non est contra naturam eius. Secundum quod autem faciebat dubium solvitur. Nam prima dubitatio qua dicebatur corruptibile non est contra naturam formae patet quod non est contra naturam formae simpliciter licet sit contra naturam huius vel illius. Secunda etiam de facili solvitur quia non oportet propter hoc de intentione nisi quod universale consideratur vel in quod est quid universale. Sed ut nunc dici patet quod universale convenit.

Tertio restat declarandum utrum corrupta re remaneat eius scientia. quod autem circa hoc dubitationem faciunt sunt auctoritates videlicet Aristotelis. Nam in praedicamentis vult dicere comparationem inter scientiam et scibile quod scientia sublata non aufertur scibile. scibili autem sublato aufertur scientia. corrupto igitur re scibili non remanet eius scientia.

Et simpliciter in primo priorum vult quod de scientia oportet supponere quod est et quod est quod igitur non est non potest esse subiectum in aliqua scientia. Sed quod non potest esse subiectum in aliqua scientia non potest sciri. non igitur existente re non potest esse scientia de ea. Item primo posteriorum vult quod de eo quod non est sciri non potest quia est quod significat nomen secundum hoc scire non est scientiam habere de re cum de chimera hoc sciri possit. non igitur existente re potest eius scientia. Item in primo priorum vult scilicet non sciri quia non est. quod si bona causa assignetur sufficit rem non esse ut de ea non possit esse scientia. Rursus ratione adduci potest. scientiae enim accipiunt comparationem et speciem ab ipsis obiectis sive ab ipsis rebus de quibus sunt. Sed non existente eo a quo aliquid habet esse et speciem, id quod habet comparationem et speciem ab eo remanere non potest. corrupta igitur re scibili scientia non remanebit. Has autem difficultates quidam ut evaderent dixerunt quod res habet duplex esse, esse essentiae et esse actuale. corrupta autem re quantum ad esse actuale remanet quantum ad esse essentiae. Et quia remanet quantum ad tale esse potest de re corrupta esse scientia. quia res secundum esse actuale habet particulare esse. Sed esse essentiae habet esse universale. Universalia autem licet non corrumpantur per se, corrumpuntur tamen per accidens corrupto enim Sorte corrumpitur homo qui est in Sorte. Ideo dicit in praedicamentis quod destructis primis impossibile est aliquid aliorum remanere. corrupta igitur re quantum ad esse actuale quantum corrumpitur quantum ad esse essentiae. Ideo alii dixerunt quod de re non existente potest haberi scientia de re sed sub condicione. Possem enim habere scientiam de pluvia pluvia non existente. Sed illa scientia esset condicionata videlicet si pluvia esset vera essent quae dicerem de pluvia. Sed hoc improbari potest quia cum aliquid non est aliud verum nisi sub condicione non stante condicione non stat veritas eius. Si igitur re non existente non habetur scientia nisi sub condicione ut puta si res esset cum ipsa res non pronatur existere verum erit dicere quod non est scientia rei quamdiu res non existit. Sed hoc stare non potest. de pluvia enim non existente possent ut rationes formari de pluvia sed talibus rationibus formatis haberetur scientia de pluvia. Pluvia igitur non existente scientia de pluvia haberi potest. Praeterea videtur omnino ridiculum dicere quod si habeo scientiam de rosa adveniente hyeme perdam scientiam meam eo quod rosa pereat. Nam cum scientia sit in anima et ex corruptione rei non fiat variatio circa animam non oportet quod per corruptionem rei tollatur scientia. Ad declarationem igitur veritatis praedicte duo sunt declaranda. Primo declarandum est

quod de corrupta id significet nomen et de existente quia si non id significaret nomen tunc quicumque diceret de pluvia pluvia non existente diceret aequivoce. Et quia aequivocis non est disputare, perirent rationes de pluvia pluvia non existente. Secundo viso quod non id significet re existente et corrupta ostendetur scientia remanere corrupta re. Propter primum notandum quod nomina significent res non absolute sed ut sunt apprehensae per intellectum. Iste modus significandi sequitur modum intelligendi. Ergo in significando debet esse modus intelligendi et apprehensio intellectus. Sed remanente formali aliquo variatio non tollit id quod est illud formale. Si igitur res significatur per nomen ut est ab intellectu concepta quia ab extrinsecis (?) rebus remanent in nobis illis (?) et fantasiae et destructa re remanent in nobis conceptiones intellectus ut destructa pluvia remanere potest in intellectu conceptus pluviae sed remanet id quod est formale in significato nominis pluviae pluvia existente et corrupta. Potest autem hoc in nobis (?) declarari per simile nam sicut in significato est aliquid materiale ut res et aliquid formale ut conceptus, sic in loco est aliquid materiale ut corpus continens ut puta aer vel aqua et aliquid formale ut ordo ad universum. Si igitur aer esset in aliquo loco et vento flante tolleretur totus aer qui est circa ipsum quia ipse semper haberet eundem ordinem ad universum propter hoc non mutaretur locus. quia licet amotum esset id quod est materiale in loco ut aer vel superficies aeris, maneret tamen id quod est formale ut est ordo universi. sicut navi existente ligata ad stipitem semper manet in eodem loco quia licet semper aqua removeatur circa ipsam quia navis sic fixa semper habet eundem ordinem ad totum fluvium licet varietur in parte fluvii. Sic est in proposito cum per nomen significetur res ut concepta quantumcumque varietur res ex quo manet conceptus a quo significatum recipit formam et speciem significatum ipsum non variabitur. Idem igitur significabit nomen re existente et corrupta nisi tamen propter hoc arguere possimus (?) quod ipsa conceptio sit principaliter significatum nominis sed res ut concepta est illud quod principaliter significatur. sicut ipse ordo universi non est locus sed corpus continens vel superficies corporis continentis ut tenet rationem (?) talis ordo universi habet rationem loci.

Viso quod aequivoce sumuntur nomina rebus existentibus et corruptis de facili est videre quomodo manet scientia re corrupta. Ad cuius evidentiam notandum quod res habent triplex esse: in se ipsis, in suis causis et apud intellectum. et hoc triplex esse se habet per ordinem quia quod habet esse actuale in se ipso habet esse in suis causis. Sed non convertitur. Multa enim sunt in suis causis quae in se ipsis non existunt actualiter. Sicut ergo quicquid habet esse actuale prius in suis causis habet esse rationis (?) et apud intellectum. Sed non convertitur. chimaera enim est apud animam et tamen non est [illegible] in suis causis. Cum igitur scire sit per causam ut patet habita ex primo physicorum et primo posteriorum quantumcumque res corrumpatur secundum actuale esse ex quo remanet in suis causis non tollitur scientia ipsius. Est autem hominibus diligenter notandum quod existentia rei in suis causis facit ut de re possit esse scientia non solum ut per originem causae cognoscatur effectus. Sed quantum sufficiat ad rationem conditionis quod sit in potentia ad esse res igitur quia eo ipso quod sunt in suis causis competit eis habere quod dicatur quia quod quidem est obiectum intellectus. Ideo quae sunt in suis causis possunt sciri et possunt esse obiectum intellectus.

Utrum corrupta re remaneat eius scientia

prima opinio

Sed hoc improbatur

2a opinio

idem significat nomen pluvie

Ad rationes ad primum

ad 2m

ad 3m

sunt in potentia ad esse eo ipso quod sunt in suis causis

res g ut sunt ad inse ipis cu destruunt fm ee actuale de
struunt fm ee eentiale. Ideo dicit q res cu corrupitur q ad
ee actuale remanet qntu ad ee eentie n est videndu. Pot
n. aguere d q ee e p rem cordicatis. et p intelli qd
quid rei absq eo q res sit ul absq eo q intelligat esse
absolute g ppe loquendo n remanz res n ut est aliquid
in se ipo. Sz si dicitis res remane fm ee eentie cu corrupitur
fm esse actuale si remane rei fm ee eentie intelligere ul
lentie eentia eaz in suis cais fm qm competit reb ut sint
obm intellcus. Et ut possint intelli fm sua qdditate lo
qui intellem hnte tu impprie loquente. Hec inso pz
q sit de qone tendu q cu queritur utru re corrupta re
maneat scia rei. Et h qntu inducit ppt ps noi pque
expm uitas re. q credet aliquis equivoce noi significare
re existe et corrup. Modo n ht dubiu ensit z enz no
univoce significare rebus existibz et corruptis. Et si intdu
cit qd ppt ipas res dicendu q si res corrupta qd no rema
net in se n in suis cais et solu est eius apud aiam n re
manet scia rei. Si n. corrupta pluvia in se et i suis
cais et solu est eius apud aiam et n est plus eius qm
chyma de pluvia ee scia n potz. tam q corrup ista
nuq sic corrupitur qn remanet in suis cais q pt
tia est qo inducta. Dubitat n. cu ista nalia corru
pant ut scia eaz remaneat eis corruptis ut g sa
tisfaciam qsito cu talia remaneat i suis cais dicam q hm
sciam talium remane eis corruptis. Et addicimus tam
q pticularibz corruptis n remanet eu i suis cais fm q hi
bac n pluvia corrupta p eas iiles n pt redire ead
nuo. q quoz sba deptit n redeunt ead nuo ut dr ee fi
ne hui li. redeunt au ead spe. Verum au sit aq eu q
possit corrup re ead nuo resicere no est pntis specula
tionis. Sufficit au ad pns nego corrup mane i suis
cais qntu ad ydeptitate spei licz n maneat qntu ad ydep
titate nualem. Si g scia est nal de ptibz cu talia cor
rupta fm q hm no maneat n in se n in suis cais
videt dem sciam n remane eis corruptis. Sz q scia
e de ulibz et qntu ad ydeptitate specifica et ule manet
res in suis cais ipis corruptis nlli dubiu e debet qd
manz scia pluvie et aliorum corruptibilium n existe pluvia
ul n existibz rebus corruptibz. Rationes au phi
de facili solvunt q rones fundate sup eas pcabat p
fallacia accntis. cu n dr q sublato scibili aufertur scia
constat q re corrup n aufert tm eo q scibil eu rema
neat i suis cais sic et cu dr q de sbo oz suppone q e
ul oz sbm sic ee dicendu q ut sit scia sufficit sbm
sic ee imo q scibile e au hoc i suis cais. Cu au
dicebat e q de eo q n est no scio n q est q significat nom.
Intelligendu z de eo q n z n in se n in suis cais et solu z
apud aiam ut chima corrupta au ut dem z rema
net i suis cais. Cu n dicebat qto de fsa dicendu n e
q n z simile q fsum fm q hm est sola quacta et est
simp no ens. n est fm q hm res pdicamenti corrup

au n sic cu sint i suis cais. Ro au sca q ueritate pdca
de facili solvit. scia n. n recipit ee et sperm aue n ut e
sbm re au corrupta remanz ut z sbm q remanz i suis
Utriquoz igitur mod ... cavsam ut dem est. E
posito phemio qpot tertur sunt sidam eterneu
sba q tacta sunt i phe dicamus pte huic excutiam divi
mus res ptes q in pa pte declaratur de gnde et corrup fm se
et de eis anexis. in scda u declarat de nia gnatorum et corrup
tor. qntu u de cais ulibz et comunibz oim gnatorum et corrup
tor. pma ps contz totu pmu libru. scda incip in pnu lib
si i. De mixtione quidem et tactu. Ecia ps i capit eca fi
ne scdi lib i. Quia u sunt qdam gnabilia anex
au gnoni ut tangebatur in phemio sunt altatio et aug
mentum. et dria inter altatoim et gnatom. Et h no sunt an
nexa gnoni eqlit q altatio et augmentu annectuntur gno
ni fm se. Et tetaue de dria inter altatoim et gnoim potis
sime videtur anneti pnu posito ppt dra antiquoz phoz inter
quos diu fuit dubitatu de dria pdca. et q diu dubi
tatu fuit de qne pdca io in pnu lib sui inquirit utru
gno ab altatione diat. pnus g lib dividitur in ptes duas.
q pmo determinat de dria altatois et gnatois. scdo deter
minat de gnatione ipa et de aliis motibz anexis. fa i. Ubi
de gnone. Circa pmu duo fac q ps pmittit q
intendit. scdo exequitur de intento cu dicit. Utrum igitur unu
Dic g quid de mo antiquoz uocata n simplice gnom
inquirit. i. dicit ee altatoim. hic i. alii antiqui phi dicebant
a ee gnom et altatoim. et dic uocatu simplice gna
tom q fm ueritate gno altatio qda z et n dz uocari
gna simp. Dein cu dicit. Utrum g utrum
Exequitur de intento et ecce h ea fac q pmo d q pone
tes unu mle pncipium oportebat dice gnom = altatoim
et pontes pla mlia pncipia n cedebat h dice. scdo pbat
q dicat. co q pontes pla mlia pn uidebant per dice
q unu redarguit ponentes plitate mliu pncipioz
fa ps i. Hus quid g qitis. e ui. Necesse e a omnibus eis
Circa pmu fac tria q pmo fac q dem z. scdo spaliter
incepat anaxagoram. tercio narrat pontes pla pn mlia.
fa i. Sz tn anaxagoras. e i. Emp enim. Dic g q quicunq
dixit omnia ee unu ad ut unu mle pncipium et omnia ge
nerant ex uno mli pncipio hus nece z dice gnom ee alta
tom. et q pncipium fit siue pncipium fit et altari ee id. et dicat
pncipium fit q licz altatio sit qda facto n est tn fco pnci
Sz qui ponunt pres mis qua una ut emp et anaxagoras
et leucipus hus nece z dice gnom ee a sba altatione.
Dein cu dic. Sz tn anaxagoras spaliter incepat anax d.
q anax ignorauit ppria uocem. i. cdixit pprii sue.
qui n. cotradixit ubis suis ignorat q pondat uox ppa.
qa au sibi cotradixerit anax pz. dicebat n. q fieri et destrui
existebat ide q altari et tn dicebat. i. ponebat mlta
elta mlia qudm multi alii. Dein cu dicat
Emp n. Narrat pontes pla pn mlia et duo fac
q pmo narrat deals pones. scdo determinat sic declarat

posiciones illas secunda ibi. Hec quidem omiomia. Dicit ergo primo quod de ponentibus plura principia sicut emped. qui posuit principia materialia esse .iiij.or hec corpora sensibilia videlicet ignem aquam aerem et terram. Et posuit duo principia mouencia litem scilicet et amiciciam propter quod principia materialia cum mouentibus dixit esse .vi. numero. quatuor materialia et duo mouencia. Sic et anax. leucippus et democritus posuerunt plura principia materialia quia dixerunt ea esse infinita. ¶ Deinde cum dicit. Hec quidem omiomia. declarat posiciones predictas et tria facit quia primo manifestat posicionem anax. secundo posicionem democriti et leucippi. tercio comparat opinionem anax. ad opinionem emped. secunda ibi. Democritus autem. tercia ibi. Contrarie. Dicit ergo quod hec quidem id est anax. vel hii quidem id est anax. cum suis sequacibus posuit plura principia materialia quia posuit corpora omiomia id est similium partium esse elementa materialia omnium. utputa os carnem medullam et omnia alia quorum unicuique pars est synonima id est consimile. Dicit enim talia similium partium quia quibus pars carnis est caro et quibus pars ossis est os et sic de aliis. ¶ Deinde cum dicit. Democritus autem. Manifestat posicionem democriti et leucippi dicens quod democritus et leucippus inquiunt hec omnia alia mixta que videmus composita ex corporibus indivisibilibus. Ponebat enim athomos et corpora indivisibilia esse principia materialia omnium. Et hec corpora dicebat esse infinita multitudine id est numero et morphea id est forma vel figura. quia aliqua dicebat esse figure triangularis aliqua quadrangularis. aliqua piramidalis et sic in infinitum. Et per hec principia materialia distinguebat omnia composita ex eis. dicebat enim quod illa id est composita ex eis athomis differunt ab illis id est ab aliis compositis hiis ex quibus sunt. et posicione et ordine horum athomorum. Tripliciter enim secundum eum per athoma distinguebantur composita vel quia ex aliis athomis componebatur unum quam aliud. vel quia unum componebatur ex quadrangularibus et aliud ex triangularibus athomis et hoc appellat differre ex hiis ex quibus sunt. vel erant hec diversa propter ordinem et propter posicionem athomorum. ¶ Secundum est enim quod secundum democritum athomi tripliciter differebant. Primo figura quia quidam erant triangulares quidam quadrangulares. secundo ordine quia quidam erant anteriores quidam posteriores. tercio situ et posicione quia quidam erant superiores quidam inferiores. Propter hanc autem triplicem differentiam athomorum sumebat differentiam corporum que ex athomis componebantur. ¶ Deinde cum dicit. Contrarie autem comparat posicionem anax. ad posicionem emped. dicens quod qui circa anax. id est anax. cum suis sequacibus videntur esse dicentes contrarie hiis qui circa emped. Nam hii scilicet emped. cum suis sequacibus inquiunt .iiij.or elementa scilicet ignem aquam aerem et terram esse magis simplicia quam carnem aut os aut alia talia similium partium. hii vero id est anax. et sui sequaces dicebant econtrario quia hec scilicet corpora similium partium dicebat esse simplicia et elementa omnium. terram autem et ignem et aerem et aquam dicebat esse composita ex eis. Ponebat enim hec corpora similium partium esse panspermia id est esse universale semen et totale principium horum trium corporum. ¶ Tunc sequitur pars. Hiis quidem igitur que ex uno. Ibi inquit dicebatur probat quod dicat et duo facit secundum quod duo dicat. primo enim probat quod ponentes unam materiam necesse est dicere generacionem esse alteracionem. secundo ostendit quod ponentes multa non oportet. secunda ibi. Hiis autem que generant. Dicit ergo quod hiis omnibus qui ex uno faciunt principio omnia constituunt necesse est dicere generacionem et corrupcionem esse alteracionem. nam cum principium contrariatur maneat secundum substanciam semper manebit unum et idem secundum substanciam stante sua ut tale principium. Sed tale dicimus alterari quod manente substancia fit transmutacio in aliis. ¶ Deinde cum dicit. Hiis autem qui generant. Probat secundum et tria facit quia primo facit quod dictum est. secundo quod dixit manifestat per dictum emped. tercio epilogat que determinata sunt. secunda ibi. Iō dicit hoc modo. tercia ibi. Quem igitur modum. Dicit ergo quod hiis qui faciunt multa genera materialium principiorum convenit dicere generacionem differre ab alteracione. Isti enim per apparenciam saluare poterant generacionem et corrupcionem. quia convenientibus vel principiis contingebat generacio. dissolutis vero contingebat corrupcio. Supplendum est autem quod aliis variacionibus factis contingebat alteracio sic si diceret quia convenientibus lapidibus generaretur paries dissolutis corrumperetur. alia autem variacione facta alteratur. ¶ Deinde cum dicit. Iō dicit. Manifestat quod dixerat per dictum emped. Emped. enim dicebat quod nullius est natura id est aliud dumtaxat mixtionem. Sed non curabat esse solum mixtura quedam et corrupcio supple est segregacio mixtorum. Concordabat ergo dictum emped. cum hoc quia ponebat generacionem esse aggregacionem et corrupcionem esse segregacionem. ¶ Ultimo cum dicit. Quem igitur modum epilogat que sunt determinata dicens. manifestum esse quod sic supponentibus ut supponitur est manifestum et in loqui ut locuti sunt est priorum id est illorum philosophorum et manifestum est in quo dicit hoc modo ut dictum est. ¶ Hic declaranda sunt tria. primo videndum est de posicione democriti ut manifestum fiat possibile democritum ponere corpora indivisibilia diversarum figurarum esse aliorum principia ut hec ponit. secundo declarabitur utrum posicio anax. contradicat posicioni emped. quod terra et aqua et alia elementa sint principia carnis et ossis. tercio videbitur utrum ponentes unam materiam oporteat dicere generacionem esse alteracionem ut philosophus dicit. ¶ Circa primum sic proceditur. videtur quod non fuit possibile fuisse de intencione democriti quod sit dare corpora indivisibilia diversarum figurarum. corpus enim ... unum quod continuum nominat. De racione autem continui est esse divisibile. Sed quod predicatum est de racione subiecti per se dicitur = per se nota. Est ergo quodammodo per se notum corpus esse quid divisibile. Sed talia que sunt per se nota quodam modo ut dicitur communiter super secundum metaphysice sunt sicut locus ianue in domo quem nullus ignorat. Non ergo videtur esse possibile ignorasse democritum quod quodammodo omnes sciunt. ¶ Amplius philosophus commendat democritum super platonem ut habebitur infra. Et ait democritum melius potuisse saluare composita et apparencia quam platonem. et est causa quia ipse plus consideravit in naturalibus et plus fuit expertus in naturalibus quam plato. Dicere ergo hominem tam diu expertum ignorare que quilibet de vulgo concederet non videtur consonum non possibile. Sed forte diceret aliquis non esse inconveniens democritum negasse continuum esse semper divisibile quia et anciforn qui forte diu insudaverat geometricis negavit continuum esse divisibile in semper divisibilia. Et hoc principaliter visus quadrabat circulum ut innuit philosophus primo physicorum. ideo ad quadraturam eius non erat geometre respondere quia negavit continuum esse semper divisibile quod geometre supponunt tamquam principium. Sed si hoc concederetur non fuisset inconveniens democritum fuisse deceptum circa divisionem corporum cum anciforn et forte plures alii circa hoc decepti fuissent. omnino tamen videtur

panspermia

Dubia

absurdum est posuisse corpora illa esse indivisibilia et tamen diversarum figurarum, quia aliqua illorum dicebant esse quadrangularia, aliqua triangularia, aliqua pyramidalia, et sic de aliis. Eo enim ipso quod ponebat hec corpora plurium esse angulorum ponebat ea esse divisibilia; ipse enim sensus indicat quadratum esse divisibile in duos triangulos. Non tamen videtur posse fuisse de intentione Democriti quod ei imponit Philosophus.

Solutio

¶ Nondum tamen quod corpora illa que ponebat Democritus erant quanta et erant physica. Tunc autem que quanta dividi possunt in semper divisibilia esse non de necessitate oportet, quod dividantur semper in partes divisibiles. Sed quia erant physica non sic. Tamen dare minimum corporis physici licet non sit dare corporis mathematici. Physicum enim corpus dicitur unum cum forma coniuncta qualitatibus activis vel passivis. Et quia actus activorum sunt in patiente et disposito possunt adeo dividi corpora physica quod si ulterius dividerentur forma et qualitates illius corporis invenirentur secundum [?] improportionatum propter quod in ea non illud corpus reservari non possit. Unde et philosophus in primo physicorum disputans contra Anaxagoram dicit quod est dare minimam aquam et minimam carnem. Unde idem dicit quod est determinata quantitas earum magnitudinis et parvitatis. Quod si forte dubitaretur de magnitudine aliquis utrum sit determinata quantitas quia ignis videtur posse crescere in infinitum si haberet infinita combustibilia, tamen quia possit esse corpus adeo parvum quod reddatur improportionatum forme non videtur dubium. Nam secundum contrariorum physicorum corporum crescente quantitate et virtus fortificatur. Diminuto autem minuitur et debilitatur. Sed cum semper passio magis facta abiciat a substantia ut dicit philosophus sexto topicorum, adeo potest debilitari per continuam diminutionem quod de necessitate colletur virtus et forma illius corporis. Cum ergo Democritus tradidit principia naturalia non mathematica, quia est dare minimum corporis physici licet non sit dare minimum corporis mathematici. Verba ergo Democriti possent aliquo modo trahi ad bonum intellectum. Utrum tamen sic intellexerit Democritus ut dictum est vel non plene scire possumus quia libri sui ad nos non pervenerunt. Tamen propter quod Aristoteles ei imponit magis videtur quod habuit malum intellectum quam bonum. Credendum enim Democrito ut Aristoteles ait quod verum erat in apparendo, in quo significatur [?] habere iuventute discipline et quicquid appareret sensui esse verum. Et quia secundum sensum est devenire in corpora indivisibilia credidit ut videtur imponere Aristoteles quod secundum veritatem est dare indivisibilia corpora. Quicquid tamen sit de hoc, pertransiendum quia hec secundum aliquid salvari potest dictum eius scilicet corpora esse indivisibilia ut erant physica et ut erant principia rerum naturalium. Esse tamen divisibilia ut erant quanta. Et quia in quolibet quanto potest describi quelibet figura, simul cum hoc quod erant indivisibilia ut erant quid naturale poterant esse diversarum figurarum cum essent quanta. ¶ Utrum autem dato quod essent possent poni corpora sic indivisibilia et sic figurata, si est dare talia corpora possent dici principia vel non infra dicetur. Ostendetur enim quod si ex talibus corporibus poneretur aliquod compositum magis illud compositum haberet rationem principii quam alia corpora indivisibilia quam componentia. Ubi etiam forte de divisione continui et quomodo est dare minimum in naturalibus ostendetur et supplebitur quod hic videtur esse diminutum. ¶ Ad primum autem in contrarium dicendum quod si sit possibile corpora esse corpora physica indivisibilia diversarum figurarum illa magis debent dici principia quam principiata ut infra clarius ostendetur. ¶ Secundo declaranda est differentia inter positionem Anaxagore et Empedoclis. Unde sciendum est quod Aristoteles ait videlicet Anaxagoram contradixisse Empedocli quia posuit carnem

Utrum posicio Anaxagore differat a posicione Empedoclis

et os esse principia ignis et terre. Empedocles vero e converso dixit ignem et terram esse elementa et carnis et ossis. Nam Anaxagoras ut habetur in textu posuit corpora similium partium esse principia omnium corporum. Corpora enim similium partium quorum partes recipiunt rationem totius. Et quia qualibet pars ignis est ignis et qualibet pars terre est terra, terra et ignis sunt similium partium corpora. Ergo habent rationem principii non principiati. Posito ergo Empedoclis ad positionem Anaxagore non sic videtur habere ut contraria, sed ut pars ad totum. Nam Empedocles solum ista quatuor elementa dixit esse prima et corpora et principia omnium aliorum. Anaxagoras vero omnia corpora similium partium dixit esse principia de quorum numero sunt ista quatuor elementa. ¶ Amplius videtur posse Anaxagoras quid causa de [?] fuisse contra positionem Empedoclis. Nam experimento videmus quod quanto magis est compositum tanto magis est dissolutum et magis similium partium. Manus enim quod est compositum ex carne et osse est partium dissimilium. Non enim qualibet pars manus est manus. Caro autem et os ex quibus manus componitur sunt partium similium. Si ergo similitudo partium sequitur simplicitatem principiorum reperitur in elementis quam in elementatis propter quod si caro potest dici similium partium et ignis et terra et alia elementa debent principaliter dici similium partium quam caro et os que sunt elementata. Sed secundum positionem Anaxagore ignis et terra magis erant principiata quam caro et os. Quia ut ostensum est in principiis in eis reperitur concordia partium. ¶ Advertendum ergo quod Anaxagoras de omnibus corporibus similium partium posuisse duo genera quia quedam erant talia secundum veritatem, quedam secundum apparentiam ut erat caro secundum apparentiam et secundum veritatem. Ignis secundum apparentiam et veritatem et sic de aliis. Verba autem illorum sic accipiebat. Que enim erant secundum veritatem talia numquam inveniebantur per se existentia et separata sed semper erant aliis coniuncta. De nullo enim per se existente verum erat dicere quod esset pure caro vel pure aqua. Que vero erant talia secundum apparentiam inveniebantur per se existentia et separata. Inveniebatur enim aliquid per se existens quod apparebat aurum et aliquid quod videbatur caro. Non quod illud esset pure aurum vel illa pura caro sed in quibuslibet corporibus erant omnia. Sed unum illorum videbatur aurum quia licet in eo erat caro et os et cetera talia tamen quia erat ibi plus de auro quam de aliis videbatur aurum [?].

aurum. aliud quod videbatur plus de carne quam de aliis videbatur caro

¶ Anaxagoras [?] volebat quod corpora omeomeria et similium partium secundum veritatem essent principia corporum que erant talia secundum apparentiam. Non enim ponit quod ignis esset simplicior carne vel unum corpus simplicius alio. Sed solum salvabat rationem principii et principiati per corpora omeomeria secundum veritatem et secundum apparentiam. Ex hiis apparet quomodo ponebat carnem et os esse principia ignis et terre et quomodo non. Nam si accipiatur ignis et terra caro et os secundum veritatem nullum corpus habebat rationem principii respectu alterius quia nullum erat principiatum. Sed quodlibet illorum habebat rationem principii. Sic etiam si sumatur quodcumque secundum apparentiam non poterimus salvare secundum positionem Anaxagore quod unum illorum sit principium et aliud principiatum. Sed quodlibet haberet rationem principiati. Tamen si sumatur caro et os secundum veritatem et terra et aqua secundum apparentiam os et caro erunt principia aliorum. ¶ Videndum est enim quod in quolibet corpore omeomero secundum apparentiam sunt omnia corpora omeomera secundum veritatem ut in terra secundum apparentiam sunt caro et os et cetera talia corpora secundum veritatem que sunt principia illius corporis quod est terra secundum apparentiam cum tamen non sit pura terra. Sed denominatio semper fit a dominanti elemento ut dicitur in primo physicorum ubi positio Anaxagore diffusius recitatur. Terra ergo secundum apparentiam et quodlibet corpus quod videmus est compositum

Sed ut hic quidam terra
primo autem ignis quia non
determinat plus de
terra quam de aliis
et in illo plus
de igne

ex omnibus contrariis commotus. Ex hiis videtur apparere quomodo positio Anaxagore contradicebat positioni Empedoclis. Empedocles enim posuit terram et aquam et illa elementa que per se existunt vel que nos sentimus esse principia omnium aliorum corporum. Ponebat enim quod ista carnes et ossa erant composita ex istis elementis que sentimus. Anaxagoras autem econtrario ista elementa que sentimus ut terram aquam aerem et ignem dicebat enim talia secundum apparentiam non secundum veritatem, quia licet ut dictum est non sit dare aliquid per se existens quod sit pure tale, terra ista quam nos videmus non est pure terra nec aqua pure aqua, ideo carnes et ossa secundum veritatem et cetera talia corpora omiomera sunt de compositione terre aque aeris et ignis que nos sentimus. Propter quod apparet manifeste positionem Anaxagore contrariam positioni Empedoclis. Ea autem per que ostendebatur unam positionem non contradicere alteri procedebat ex falso intellectu positionis Anaxagore quia ponere mixta. Declarata est veritas quesiti.

Ergo declarandum verum ponentes unam materiam necessario oportet dicere idem esse generationem et alterationem ut Aristoteles eis imponit. Et videtur Aristoteles ignorasse naturam et diversitatem motuum. Motus enim recipiunt speciem non a subiectis in quibus sunt sed a rebus ad quas est motus. Unde in quinto Physicorum dicitur quod motus est in eodem genere cum rebus ad quas est motus. Cum ergo generatio sit motus in substantiam et alteratio sit motus in qualitatem, quicquid ergo dicerent philosophi de materia prima salvare poterant generationem esse aliud ab alteratione quia forma substantialis est alia ab accidentali. Et simpliciter nos ipsi ponimus unam materiam primam. Dicimus enim ut inferius probabitur unam esse materiam omnium generabilium et transmutationem ad se invicem et tamen distinguimus generationem ab alteratione. Et simpliciter philosophus in suis dictis videtur preterire quod est in contrario. Arguit enim, ... non posuit. Omnis enim motus salvatur per unitatem subiecti, et omnes transmutationes ad formam per unitatem materie. Unum enim contrarium non fit aliud, sed in quo erat subiectum una forma efficitur subiectum alia, et successive subicitur utrique contrariorum. Ideo in primo Physicorum et in XII Metaphysice ut salvaremus transmutationes quas videmus oportet quod oportet dare tertium quod sit preter contraria; per unitatem ergo subiecti salvamus omnes transmutationes. Si ergo tollatur talis unitas nulla erit transmutatio; non ergo erit aliud generatio et alteratio propter pluralitatem materie prime quia tales motus omnino cessarent. Notandum ergo quod si antiqui philosophi recte posuissent unitatem materie prime ut nos ponimus, salvassent omnes motus ut nos salvamus, et philosophus iniuste increpasset eos. Sed omnes ipsi erraverunt credentes materiam esse aliquod corpus in actu. Nam aliqui posuerunt materiam primam ignem, aliqui aerem, aliqui vero aquam, aliqui autem medium inter aquam et aerem, aliqui vero omnia quatuor elementa ut Empedocles. Nullus autem philosophorum posuit solam terram esse principium. Ideo dictum est omnia elementa accepisse iudicem preter terram. Quidam autem posuit terram esse principium aliorum, sed ipse non fuit philosophus sed legista ut quidam dicit. Et quia omnes philosophantes posuerunt materiam esse aliquod corpus in actu, ideo reprehendit eos philosophus primo Metaphysice dicens quod fuit maximus error eorum, id est errabant quia posuerunt materiam elementum corporeum, id est de numero corporum, dixerunt materiam non esse corpus. Ex hiis satis apparet sic loquentes non potuisse salvare generationem sed oportuisse eos dicere generationem esse idem

quod alterationem. Materia enim semper manet eadem secundum eorum sententiam in omni transmutatione. Si ergo materia esset aliquod corpus in actu ut ignis vel aer vel quecumque aliud, quia materiam oportet manere, si maneret illud corpus in actu per substantiam. Sed manente corpore in actu per substantiam non convenit ei generatio, licet possit alterari; vel ergo ad positionem talium nulla erit generatio, vel si generatio erit, erit idem quod alteratio. Est enim differentia inter generationem et alterationem ut dictum est in principio, quia in generatione subiectum est ens in potentia, in alteratione vero ens in actu. Si ergo generationis subiectum ponatur ens in actu quod faciebant predicti philosophi, necesse quod generatio sit alteratio ut philosophus dicit. Rationes autem in contrarium procedebant ex falso intellectu positionis eorum.

Necesse est autem et hiis. Positio philosophorum. Superius autem ostendit philosophus quid contingit dicere ponentibus unam materiam primam. In hoc quod ponentibus plura, et quia ponentes plura principia videbantur prius dicere quam ponentes unum, ideo increpat ista, increpat omnes sic opinantes. Et duo facit, quia primo facit quod dictum est; secundo specialiter descendit ad increpationem Empedoclis ibi: Empedocles quidem igitur. Circa primum duo facit quia continuat dicta dicendis; secundo exequitur de intento ibi: Quemadmodum enim videmus. Dicit ergo quod hiis ponentibus plura principia necesse est dicere alterationem esse aliud preter generationem, et quamvis hoc sit necessarium et conveniens, tamen est secundum ea que dicuntur ab eis impossibile est salvare veram generationem et alterationem. Hoc autem quod dictum est recte et increpamus eos in debito facile est videre si considerantur que sequuntur. Deinde cum dicit: Quemadmodum enim videmus. Exequitur de intento et tria facit, quia primo ostendit eos secundum dicta eorum non posse salvare alterationem; secundo probat quod salvare non possunt aliquam transmutationem; tertio redit ad ostendendum specialiter eos salvare non posse alterationem ibi ... Amplius autem similiter. Circa primum duo facit, quia primo declarat quid est alterari; secundo ex hoc probat quod dicti philosophi alterationem salvare non possunt ibi: Sed tamen ex quibus. Dicit ergo quod quemadmodum videmus quod quiescente substantia fit in ea transmutatio secundum magnitudinem que vocatur augmentatio et diminutio, sic substantia quiescente videmus in ea alterationem fieri, scilicet per transmutationem in qualitate manente substantia.

Deinde cum dicit: Sed tamen ex quibus. Ostendit eos non posse salvare alterationem. Convenimus ergo licet sic dicimus quod alteratio est transmutatio in qualitate, sed tamen secundum ea que dicunt facientes plura principia uno impossibile est alterari. Nam passiones et qualitates per quas dicimus hoc contingere sunt qualitates prime per quas differunt elementa, puta calidum frigidum, album nigrum, siccum humidum, durum et molle, et aliorum unumquodque per que differunt elementa. Nominat autem hic album et nigrum inter primas qualitates quia sic loquebantur antiqui philosophi. Nam Empedocles dicebat solem, id est ignem, esse album et calidum; ymbrem autem, id est aquam, in omnibus, id est ubique et semper, dicebat esse nigram et frigidam et nebulosam. Similiter et determinant de reliquis passionibus adaptando reliquas qualitates reliquis elementis. Quare quia principia oportet manere, hec prima corpora et elementa ex quo ponuntur esse principia manebunt et non fient ex se invicem

[Margin: n aliud restat]

[Margin: Est ergo alteratio transmutatio in qualitate manente substantia]

[Margin: [illegible]]

[Margin: [illegible]]

[illegible]

Deinde cum dicit. Semper autem [illegible]

[illegible]

Deinde cum dicit. Empedocles quidem igitur [illegible]

[illegible]

Deinde cum dicit. Simul autem [illegible]

[illegible]

Deinde cum dicit. Simul autem [illegible]

[illegible]

Deinde cum dicit. Non tunc solum [illegible]

[illegible]

Deinde cum dicit. Iuvenum autem Empedocles respondit [illegible]

[illegible]

Secundum autem [illegible]

[illegible]

sicut lapides sunt ex parte / tunc elementa sunt primum in illud chaos / et erunt plura principia propter pluralitatem elementorum. et quia non certificavit nos utrum vere illud chaos habet unum principium vel plura huiusmodi insufficienter locutus est. ¶ Hic declaranda sunt tria. primum utrum ponentes plures mundos possent salvare generationem et alterationem cum in textu dicatur quod impossibile sit eos salvare predicta. Secundo dubitatur de eo quod habetur in littera quod si elementa non possent transmutari invicem secundum substantiam quod cessaret alteratio. Tertio declarandum est propter illud quod habetur in textu videlicet quod una est in omnibus habentibus adinvicem transmutationem. ¶ Circa primum quidam difficultatem faciunt ubi textus nam secundum philosophum ponentes plures mundos necesse est hunc dicere generationem esse alteram ab alteratione. Sed non habent necesse sed dicere non illa sequentur ex dictis eorum. ergo secundum eorum dicta tam generationem quam alterationem salvare poterant //

¶ Amplius philosophus reprehendit anaxagoram qui ignoravit propriam vocem quia dixit simonim suo ponendo plures mundos et non distinguendo inter generationem et alterationem sed hoc non esset nisi tam generationem quam alterationem secundum dicta sua salvare possent. ¶ Amplius hic innuitur quod ille philosophus vel principium plures mundos ut salvent generationem et alterationem et distinguant inter eos. ¶ Amplius plato posuit unitatem ex parte forme et pluralitatem ex parte materie. posuit enim parvum et magnum ex parte materie. et ydeam ex parte forme ut hic declaratur primo phisicorum. et tamen non negavit transmutationem et motum. ergo ponentes plures mundos propter hoc pluralitatem non videtur propter eos quod oportet eos negare motum et transmutationem. littera tamen dicit oppositum

¶ Notandum autem quod aliter est salvare generationem et corruptionem prout reperiuntur in artificialibus aliter ut prout reperiuntur in naturalibus. unumquodque enim eodem modo se habet ad esse ut dicitur ii° phisicorum. ens enim et unum convertuntur. sicut ergo competit rebus unitas sic competit eis entitas. et sic competit eis entitas et esse sic competit eis fieri et generari. artificialia enim non sunt quid unum ut naturalia quia non reperitur in eis unitas per unitatem unius nature vel unius forme. licet in eis unitas videtur secundum quandam aggregationem et secundum quendam ordinem et contactum. partes enim artificialium retinent suum actum et speciem. paries enim ex pluribus lapidibus generatus non est unus per unam naturam et formam unam. sed per unitatem cuiusdam ordinis et contactus. Ideo talia que non habent aliquam unam naturalem formam et partes eorum retinent suum actum et speciem generari habent per aggregationem suarum partium. et corrumpi per disgregationem. Propter quod de hiis artificialibus aliquo modo verificatur quod dicebat empedocles. quod ... eorum non est nisi mixtura quedam. Cum ergo queritur utrum ponentes plures mundos salvare possint generationem et corruptionem vel in alios motus. dicendum quod perfectam generationem et corruptionem secundum veritatem et ut habent esse in naturalibus salvare non poterant. secundum tamen quandam apparentiam et ut talia reperiuntur in artificialibus poterant hos motus et transmutationes salvare. Propter igitur differentiam esse inter antiquos philosophos ponentes unam materiam et ponentes plures. quia ponentes unam tamen ponentes illam esse ad corpus in actu secundum veritatem salvare pote… alterationem … generationem vero et corruptionem nec … secundum veritatem nec secundum apparentiam salvare poterant. Po… ponentes vero plures mundos per veritatem esse transmutationes naturales sive transmutationes propter quas aqua

vel aliquid non vel aliquid formarum salvare non poterant. sed tamen secundum quandam apparentiam consimilibus transmutationes salvabant. Ideo in una parte textus ait philosophus quod oportebat eos distinguere inter generationem et alterationem. quia loquendo de transmutationibus ut ipsi loquebantur sequebatur ex dictis eorum generationem esse aliam ab alteratione. In alia vero parte textus ait quod hec salvare non poterant. quia secundum veritatem loquendo de transmutationibus non ut ipsi loquebantur sed ut de eis debet loqui illi negantes unitatem materie negant omnes transmutationes naturales et omnem motum ad formam. quia ut supra tenebat una forma non fit alia sed materia que prius erat sub una forma fit postea sub alia. et per hoc solvitur repugnantia textus. ¶ Quod vero addebatur de platone dicendum quod non posuit pluralitatem ex parte materie quod non poneret omnium generabilium et corruptibilium unam materiam primam sed pluralitatem illam materie secundum magnum et parvum vel referendam est ad materias proximas et ad materias dispositas. ut secundum maiorem et minorem dispositionem materie fiat aptior et aptior susceptioni forme. et constat quod licet materia prima sit una omnium generabilium materia tamen proxima et disposita est alia et alia. vel illa magnum et parvum referendum est ad diversos gradus entium. Posuit enim plato quod ydee erant in primo gradu post has erant intelligentie et post intelligentias anime. post animas corpora. et ab una et eadem ydea derivabatur similitudo et forma tam in intelligentias quam in animas quam in materias corporales. et quia omne receptum in potentiale est materiale respectu eius quod influit et est in actu. cum anime et intelligentie erant quasi materia respectu ydee imprimentis similitudinem et formam in eas. et quia illa similitudo et illa forma non eodem modo recipiebantur in omnibus predictis. sed in intelligentiis recipiebantur magis uniformiter in animabus minus uniformiter. in corporibus vero multiplicius et particularius. Ideo posuit unitatem forme quia ab una ydea erat omnis iste influxus. posuit vero pluralitatem ex parte materie et illam pluralitatem appellavit magnum et parvum. quia cum hec receptiva et materialia que ponuntur esse intelligentie anime et corpora sint in alio et alio ordine entium. et secundum quod sunt in magis superiori vel in minus inferiori ordine. sic hec receptiva magis et minus participabant de illo influxu. Influebat ergo una ydea in diversas materias sive in diversa genera receptorum. unitas ergo platonis ex parte forme et pluralitas ex parte materie non contradicit huic quod diximus. equivoce enim ponebat plato pluralitatem ex parte materie et alii philosophi. Utrum autem positio platonis sit vera vel non non est presentis speculationis. Sed si super librum philosophie contingeret nos scribere clarius elucidaremus ipsam.

¶ Secundo restat declarare utrum si non esset transmutatio in substantia non esset transmutatio in qualitate. vel quod idem est. si esset impossibilis generatio et corruptio esset possibilis alteratio. licet enim multis videatur quod si non possent elementa transmutari secundum substantiam non possent transmutari secundum qualitates. hoc tamen difficile est videre. nam prius non dependet ex posteriori. corruptio ergo posterioris non oportet quod corrumpat prius. est ergo possibilis corruptio qualitatum absque eo quod sit posterius corruptio substantie. cum substantia sit prior qualitate. poterit ergo esse motus ad qualitatem non existente motu ad substantiam. ¶ Amplius que separari possunt ab invicem non habent eundem ordinem. sed non habentia eundem ordinem non oportet quod si unum sit possibile quod aliud sit possibile. sed alteratio multotiens separatur a generatione. non enim oportet quod quotiens fit transmutatio in qualitatibus quod fiat transmutatio in substantia. alteratio ergo et generatio

q 8

utrum ponentes plures mundos possunt salvare generationem et alterationem

2

Sermo 3

4

no

no …

magis

3

non habent eandem ordinem. Potest ergo generatio esse impossibilis et alteratio possibilis. Semper videmus aliquid alterari que tamen secundum substantiam transmutari non possunt. Lux enim est quedam spiritualis qualitas per accidens sensibiles qualitates attingit propria alteratio. Et tamen luna eclipsatur et illuminatur secundum rei veritatem sed secundum substantiam non corrumpitur. Respondeo dicendum quod triplici via declarare possumus esse possibilem generationem et corruptionem et transmutationem in substantiam si sit possibilis alteratio et transmutatio in qualitatibus activis et passivis. Prima via sumitur ex parte forme. Secunda ex parte materie. Tertia ex parte motus et transmutationis cuius subiecta materia tendit in formam.

Prima via sic ostenditur. Nam aliquid non sit de ratione alicuius uno modo quod tamen sit de ratione eius alio modo. Videmus enim quod de ratione materie conditiones materie non sunt de ratione rei absolute sed tamen de ratione eius ut habent esse particulare. Sic et esse non est de ratione essentie inquantum consideratur. Est tamen de ratione eius ut habet esse in effectu. Omnis enim causalitas et omnis factio terminatur ad aliquod esse. Convenit enim omnis essentie quod sit dare esse propter quod non bene argueret qui diceret essentia est prior quam esse, et esse non est de ratione essentie ergo aliquid eam sine ad agens producere potest esse in sine esse. Quia ut dictum est esse licet non sit de ratione essentie absolute est tamen de ratione eius ut est in effectu. Et quia res producta habet esse quia habet rationem effectus nulla res produci potest ab aliqua causa nisi inquantum est coniuncta ipsi esse. Et sic conditiones materie non sunt de ratione rei absolute sed sunt de ratione eius ut habet esse particulare. Et sicut esse non est de ratione essentie de se sed est de ratione eius ut habet esse in effectu, sic dicere possumus quod qualitates active et passive non sunt de ratione forme simpliciter. Sunt tamen de ratione eius ut habent esse physicum et naturale. Et quia illa corruptibilia que videmus propter que mota est questio ut sunt inquantum sic habent esse naturale et physicum, quando tollitur ab eis habere esse physicum et naturale ulterius non remanent inquantum huiusmodi, sed corrumpuntur secundum eorum substantiam. Si ergo ab aliquo corpore possent auferri omnes sue qualitates quia ulterius non competeret ei esse physicum et esse naturale corrumperetur a sua natura. Et quia alteratio expoliat rem a qualitatibus contrariis ad ultimum expoliat eam a natura propria. Patet ergo ex parte forme cum de ratione forme ut est quedam natura et ut habet esse naturale et physicum sit quod sit coniuncta qualitatibus contrariis ut activis vel passivis si est possibilis alteratio proprie dicta et res potest amittere qualitates suas erit possibilis generatio et potest res amittere naturam suam. Si ergo ponis alterationem esse possibilem necesse est te ponere esse possibilem generationem. Vel si negas possibilitatem generationis et corruptionis possibilitatem alterationis salvare non potes. Secunda via ad ostendendum sumitur sed idem ex natura materie. Agens enim naturale expoliando materiam una forma inducit in ea formam oppositam quia semper generatio unius est corruptio alterius et econverso. Et quia materia subiecta cum forma est et omnem actionem que fuit in ea ut dicitur in primo physicorum qualitates exeuntes in ea sequentes eam ut est subiecta alicuius forme reddunt materiam ipsam proportionatam forme secundum quam existit. Si ergo expoliet eam ex illis qualitatibus per quas est proportionata forme sue quia hoc non erit nisi per introductionem oppositarum qualitatum cum non sit corruptio unius oppositi sine generatione alterius, per tale transmutationem et alterationem materia que prius erat disposita et proportionata sue forme efficietur disposita et proportionata alteri forme. Cum ergo actus activorum sit in patiente et disposito materia per alterationem facta proportionata alii forme inducetur in ea alia forma et non ulterius remanebit in ea substantialis forma que erat actus et perfectio eius. Patet ergo ex natura materie quod si est possibilis alteratio est possibilis generatio. Ideo videndum est quod semper passio magis facta abicit a substantia quia omnis talis facit improportionatam materiam sue forme. Tertia via sumitur ex parte motus. Motus enim est quedam via in terminum. Cum ergo proprie loquendo generatio non sit motus sed mutatio, mutatio autem semper est terminus alicuius motus, motus quidem cuius generatio est terminus est ipsa alteratio. Et quia si est possibilis motus est possibilis terminus, et si non est possibilis terminus non est possibilis motus. Alioquin enim natura ociose ageret si motum inchoaret quem terminare non posset. Ideo qui negat generationem negat alterationem sicut qui negat possibilitatem termini negat possibilitatem motus. Ex quo apparere potest quod non quelibet alteratio arguit possibilitatem generationis et corruptionis sed alteratio proprie dicta et realis quia talis videtur esse via in formam. Et ideo licet intellectus sit quoddam pati et quodam secundum partem intellectivam aliquo modo alteretur non tamen oportet eam secundum talem partem esse subiectam corruptioni quia in parte intellectiva non est proprie alteratio. Sic et licet luna eclipsetur tamen quia illa alteratio est magis intentionalis quam realis non oportet lunam corruptioni esse subiectam. Opposita autem dictis non est difficile solvere. Nam cum dicitur quod substantia est prior qualitate et qualitates non faciunt ad esse forme vel non sunt de ratione eius, propter quod non oportet quod si qualitates tolli possunt quod forma tolli possit vel quod tolli possit res substantia et natura. Patet per predicta quod licet qualitates non sint de ratione forme substantialis simpliciter sunt tamen de ratione sive rei et forme ut habent esse physicum et naturale quod sit coniuncta qualitatibus contrariis. Et hoc sufficit ad propositum.

Quod vero addebatur quod generatio et alteratio non habent ordinem eundem quia separari possunt dici potest posse esse eas separari secundum actum non secundum possibilitatem. Non enim semper quando aliquid alteratur generatur vel corrumpitur, sed si possibilis est alteratio possibilis est generatio et corruptio. Causa autem quare predicta separari possunt secundum actum et non secundum possibilitatem patere potest per iam dicta. Habitum est enim generationem et corruptionem habere analogiam ad se invicem sicut motus et terminus. Non enim oportet quod cum quis actu movetur quod actu sit in termino, sed si possibilis est motus possibilis est terminus. Aliter enim ociose et frustra esset ille motus cum non esset possibile terminari. Si ergo possibilis est alteratio possibilis est generatio et corruptio ad quas ordinatur motus ad terminum. Utrum autem spectat alterationem alius terminus preter generationem et corruptionem, et quomodo unius motus possunt esse plures termini, non est presentis speculationis. Tertio declarandum est utrum sit una materia omnium habentium ad se invicem transmutationem. Et videtur quod non, quia philosophus in quinto capitulo de uno distinguens unum modos unius scilicet unum numero et unum forma et unum genere et unum analogia dicit quod illa sunt unum numero quorum est una materia, sed nunquam aliqua transmutantur in idem numero sed omnis transmutatio est in oppositum. Nulla ergo habentia transmutationem ad se invicem habebunt unam materiam. Item in quibus est in potentia ad quelibet. Sperma enim equi non est in potentia ad generationem leonis. Sed cum eandem sit materia esse in potentia ut dicitur

imitator i de sba orbis sic debent loqui de m ut loqui
de possibilitate. hz in omnibz istis corruptibz n reperit n una
possibilis potentia. cu ex quolz n fiat qlibz g inveniens n reperit
una m. ¶ Simp si om talium z una m vl hz sm ee
ul p essentia. sm ee no. qr si om generabilium eet una
m sm ee om corporum essz una forma cu m n hz esse
n p ut est sb forma. hz cu diversorum generabilium sint diver-
se n potest corporum ee una m quantu ad ee n tamen quantu ad
essentiam qr cu diversorum generabilium sint diverse essentie m
que est de essentia unius n potest = de essentia alterius. nullo
g m est corporum una materia ¶ Respondeo dicendum g quosda dixe-
runt m dupliciter considerari posse quantu ad actu et quantu ad po-
tentia. sm q est in actu sic n est una om. Sz sm
q e in potentia una et eade est qr m cuiuslz generabilis pt esse sb
forma uniuscuiusque. h au q m videlicet ut z in po sit v-
na om licz aliqua veritate heat tu ut ipi exponunt
h dictu n vr veritate hre. m. n. q est in gnio mulis mi-
nima z in po ut possit induci for leonis. m. n. vr ee
in po ad form ut z sb aliq quanti. aliter n. ex quacumqz
corpe parvo posset fi magnu n addito et leo n care-
ret q z in genus. hz m ut z sb quantitate hz dimensiones et partes
et est a et a g no pot dici illo m eadem ut ponebatur.
Et h aut ponit q m dupl pt considerari ul ut e pri-
ma ul ut e pxima et disposita ad susceptione forme.
Si considerat ut z prima sic z una. m qlz. n. genit certu
est status. et e devenire ad unu primu ut pbat. so
me. Sic g z devenire ad unu primu efficiente et
ad unu ultimu fine. et ad una primordiale forma
sic e devenire ad una prima m. Sz si considerat m
ut z pxima et disposita i susceptius forme. qr alij
et alij actus requirit m alr et alr disposita. et diver-
sarz formarz sint diverse m. ul liqbiliu est aq sm
prevalendu et ignitarz sint sicca et unctuosa. et
alioz alia. Unde m = una n qualz hz primanc-
tes et equivoce restat unde q modus unitatis
ei competat ¶ Sciend g q sm ait i xii me.
m no est una p aliq una in dividualem forma hz e
una p in dicam. qr si omis m absolucte ab omni
forma. ul si considerat ut abstracta ab omi forma n rema-
nz n una. Na cu actus sit qui distingt ut dr ix me.
ubi nullus actus ibi nulla distinctio. et qr i fundame-
nt. i. i m n est ad distinctiu. hz e ibi pura potentia
ut vult phs i me. Ex quo pura potentia excludit
oem actu et oem distinctionem. m divino pa et sm se
considerata est una om p in dicam. qr n ht p q dividat.
Unde phs v metaphysice ai de uno. vult q unitas m e qi
unitas generis. genus au no est q unu p unitate for-
malez. n. spes sit for una generis q n e forma una. una
sm themistiu i primo de aia. Acceptu spei includit
ypostasis. Acceptu qm hemus de spe includz i na unu
aliq ut una forma in qua respicit tal accep ut
ypostasis et fundamentu. Sz genus no competit talis

unitas. Ideo generis conceptus si ypostasis supponit e te-
nuis singulu siliter. unitas g generis z ex qda tenui si-
militudine et ex remotione drarz ut remoto ab hoie et leo-
ne rationale et irrationale remanz al. bu g dicu z q u-
nitas generis z unitas m et co. cu quelz istarz sit p
quada in dicam n p unitate forme. Pz ig m m ee
una n qlibz hz prima. et pz q unitas z una qr p quida
in dicam. Utru a pt hanc unitate sit m ea alia
unitas forte ins patebit. u de unitate m n solu qu-
tu ad generabi hz et quantu ad supcelestia dispu potuit.
¶ Opposita au rons n diffile z solve. na cu dr q hiter u-
na m sic unu uno. intelligedu z de unitate m s
i dividualem form. nos au loquim de unitate eius sm i
dicam. na illa sit unu uno q hnt una m m sm
una indiviuale et singulare forma. q no ulterius addz
n qlz ee in po pping. hz ex quolz pt fi qlibz sm pom
remota loquedo pse n forte impediret p acns ppu in
proportionata qnti. ex gnio. n. mili n posset fi leo. hz cu
m q z sb gnio mulis conficta tante m q sufficeret ad
qnti leonis posset = sb forma leonis. bu g arguit
p roni pdcam q m pxia n z una om ut spma eq
n z m pxima leonis tu de m pma deq nos loqm
n arguit argum. ¶ Qz no addebat rco q in diver-
sis generabilibz n z eade m n sm essentia n f ee dici
pot m diversorum generabiliu no esse eand sm ee pse.
Sz n ee eand p eem e p actns est. Accidit. n. m e
q in diversis generabilibz sic drus p essentia qr h n ht ex
se hz convenit ei ut z conficta qnti et forme. na si
absolucte m hi generabil et illius ab omi quantitate et ab om
for n essz diversa p essentia. qr ut dicu z n hret p q
¶ Universalit quid ig. ¶ differret
Inpte ista ut dicebat incipit phs determinare
de generatione et de alijs motibz et duo facit qr primo
continuat se ad dicenda. so exeqtur de intento fa i. Plo-
n. igit Dic g q ipe vult dice vl. de simplici generatio-
ne et corruptione elemtorum utrum est aut n z. et si e quom e
e utrum vl ul alr. et q vult dice de alijs motibz
simplicibz puta de augmentatione et alteratione. et dic generatione
simpr ut distingt ea ab alteratione. q licz pt dica mot
simpx no tam z generatio simp hz sm quid. addit et ele-
mentorum qr cu iste libr compute int libros quos et ulos. n
n. intendit descendere spa ad generatione huius mixti ul illo
descendit tam ad generatione huius elem ul illius. p dicto eleorum
qr spalit fuit confusia int antiqs de generatione elementorum
mag q de generatione mixtorum ¶ Deinde cu dicit Plato
n. g. Exequitur de intento et duo facit qr primo determinat
de his motibz f opiniom alioz. so sm propria. Sa ibi.
Determinatis au his. et primu duo facit qr p
ponit opiniones quas. so pbat eas sa i. Rones
au hnt. Inter au istos antiqs phos forte q mag
rationabilit loqbant fuint plato et democritus. ideo solu
hoz opiniones recitat. Duo igit facit qr primo po-

opinionem platonis, secundo opinionem democriti ibi. Democritus
autem. In ponendo autem opinionem platonis tria facit quia primo reprehendit
eum quia insufficienter loquitur fuit de generatione. secundo increpat ipsum
quia insufficienter tractauit de aliis motibus. tertio ait omnes antiquos
quos philosophos preter democritum fuisse ualde insufficienter locutos
de naturalibus motibus. secunda ibi. Amplius neque. tertia ibi. Uniuersaliter autem.
Dicit ergo platonem reprehensibilem et de insufficientia quia scrutatus
de generatione et corruptione quomodo existit in rebus scrutabatur de generatione
non omni sed solum de ea que est elementorum. non quomodo fiant
carnes et ossa aut ad aliorum talium istorum non ulterius dixit.

Deinde cum dicit. Amplius neque reprehendit eum de insufficientia
eius quantum ad alios motus aliorum. Non enim plato non solum insufficienter determinauit de generatione cum non determinauit de generatione omni. sed
quod plus est insufficienter dixit quo ad alios motus. quia non dixit
de alteratione et augmentatione quomodo existunt rebus id est in rebus.

Deinde cum dicit. Uniuersaliter autem dicit antiquos philosophos omnes ualde
insufficienter fuisse de talibus motibus excepto democrito
ideo ait quod uniuersaliter ex eo que supersufficienter apparet de nullo tali
motu aliquis antiquorum considerauit sine hic scrutatum preter democritum. hic autem uidetur de omnibus habere curam et de omnibus reddere
causam. Ex hoc autem iam apparet qualiter et quomodo differt opinio democriti
ab aliis. quia nullus aliorum determinauit de augmentatione ut
diximus id est ut nos loquimur. quod non quilibet diceret. Dicebant enim
quod aduenientes simili fiebat augmentum. hoc enim quasi id est quilibet
de populo sciuisset dicere. sed quomodo fit augmentum non dixit. Ad
huc autem neque de mixtione neque de nullo alio consimili ut in
dicatum dicam philosophi tractauit ut puta de facere et pati quomodo hoc
quid faceret. hoc autem patitur secundum illas opiniones nullus eorum dixit.

Deinde cum dicit. Democritus autem declarat opinionem
democriti et duo facit quia primo ponit dictam opinionem. secundo sed
uinculum opinionis eorum ibi. Quoniam existimabant.
Dicit ergo quod democritus et leucippus. leucippus enim fuit socius
eius democriti et quod dixit unus dixit alius propterea quod dicitur
de uno de alio dicitur intelligi. Hii philosophi facientes figuras
id est athomos figuratos alterationem et generationem ex hiis faciunt
quia segregatione et corruptione congregatione saluabant generationem
et corruptionem. ordine autem et positione saluabant alterationem.

Deinde cum dicit. Quoniam autem existimabant assignat
dictae opinionis rationem et duo facit quia primo ostendit dictam
positionem fuisse aliquomodo rationalem in ponendo principia. secundo in ponendo
ea que sequuntur ex principiis ibi. Quare transmutatione facit
cum democritus mouetur aliquantulum rationem in ponendo athomos
infinitarum figurarum esse rerum principia. quia existimabant ipse et
leucippus uerum esse in apparendo. uidebant quod quecumque apparent
esse uera et quia contraria fiunt secundum apparentiam et uni apparet unum
et alii aliud et quia infinita sunt que apparent in sensu ut
omnes istas apparentias saluarent infinitas figuras fecerunt.

Deinde cum dicit. Quare transmutationem. Ostenso quod rationabiliter
mouebantur ad principia ponendum ostendit quomodo mouebantur
ad ponendum ea que sequuntur ex principiis. et quia ex principiis suis saluabant alterationem et generationem. ideo duo facit quia primo ostendit quomodo
saluabant alterationem. secundo quomodo generationem ibi. Unum autem uidetur

Alterationem autem ut dictum est saluabant ex ordine et positione
quia ex eo quod ordinabantur aliter et aliter athomi et habebant aliam
et aliam positionem ut quia athomus superior fiebat inferior di
cebant alterationem fieri. Hoc autem erat satis rationabile supposito suo principio.
Nam si uerum est in apparendo cum per transmutationem compositi idem
uidetur uni aliud et alii aliud ut collum columbe transmutatum et motum
alterius et alterius coloris apparet. et quia id est ut apparet si per transmu
tationem compositi et principiorum erat alteratio ergo multo magis hoc fit
per transmutationem athomorum et principiorum. Ideo dicebat quod uno
athomo paruo adueniente et transmutato transmutatum compositum
et uidetur alterari et apparet aliud. Nam ut dicebat sicut ex eisdem
literis aliter et aliter ordinatis fit comedia et tragedia id est fiunt
usus alii et alii et usus in laude et in uituperium sic supposito
ex eisdem athomis aliter et aliter ordinatis fit compositum alteratum
et uariatum.

Deinde cum dicit. Unum autem uidetur ostendit
quomodo uidebatur saluare rationabiliter generationem et corruptionem. nam si
quicquid uidetur est uerum cum secundum omnibus uideatur generatio est aliud
ab alteratione. et secundum omnibus uideantur congregata generari
et disgregata corrumpi et transmutatis partibus alterari cum
id est ita posuit democritus. et hoc uidetur secundum omnibus quia quod uidetur est
uerum arguebat democritus uerum esse positionem suam. addit autem
ad commendationem democriti quod de hiis est considerandum.
forte hoc ideo dixit quia sic rationabiliter democritus sillogizabat
ut suam quod dignum erat scientes considerare de ipsa. Deinde cum dicit. Questiones autem habent. Preparat dictis opiniones et
duo facit quia primo ostendit hanc preparationem esse rationabilem
secundo incipit eas preparare et dat modum procedendi contra dictas opi
niones ibi. Principium autem horum. Ex hoc enim rationabile est aliquam
uiam preparare quia ex ea oriuntur multe rationabiles questiones.
Ideo dicit quod hee id est dicte opiniones habent multas questiones ra
tionabiles. quia si generatio est solum congregatio tunc multa impossibilia
contingunt quia tunc generatio esset motus localis generatum non
haberet naturam et cetera talia. et si hoc non ponimus rursus
sunt alie questiones cogitate non habentes solui probabiles quod non generatio
aliud sit habere. utrum scilicet ad ista adducitur quod generatio non est congregatio
ducentium ad hoc in contrarium quod ut ultra generatio non erat. uel sic
est alteratio erat quia hoc est difficile soluere. ideo temptandum est soluere
dictam difficultatem.

Deinde cum dicit. Principium autem horum
posita rationabilitate preparationis incipit preparare dictas opiniones
et duo facit quia primo dat modum procedendi contra dictas opiniones
secundo procedit contra ipsas et tractat eas ibi. Hoc quidem igitur. Dicit ergo quod
principium preparationis horum omnium siue principium per quod inquirenda est
ueritas contra dictas opiniones est inquirere utrum sic generantur
alterantur et augmentantur entia et patiuntur contraria hiis id est corrum
puntur et diminuuntur existentibus primis magnitudinibus principiis
omnium entium indiuisibilibus aut nulla est magnitudo indiuisibilis.
quia multum differt utrum debeant poni principia magnitudines
indiuisibiles aut non. et rursum si esset possibile magnitudines indiuisibiles
restat perscrutandum utrum hee magnitudines sunt
corpora ut posuerunt democritus et leucippus. uel sunt pla
nicies id est superficies ut plato posuit in thimeo.

Deinde cum dicit. Hoc quidem igitur ipsum inquirit et preparat

dictas opiniones et duas facit quia primo praefert opinionem platonis secundo democriti. Habemus autem quoniam improbando platonis opinionem inquirere de ea comparando ipsam ad opinionem democriti. et dicit quod in quatuor ostenditur opinionem platonis defecisse ab opinione democriti. primo enim deficit secundum principia ab illa quantum ad principia. secundo quantum ad ea quae sequuntur ex principiis. tertio quantum ad modum per quem ad invenienda fuit dicta principia. quarto quantum ad rationes per quas principia dicta sunt fulciebant. Facit primo in capitulo illo. Sed tamen et hiis etc. 2a autem quod minus etc. 3a ibi. Videbitur autem quis. Fuit autem melior et sufficientior positio democriti quam positio platonis in positione principiorum. ideo ait quod hoc ipsum scilicet ponere superficies principia corporum videtur esse valde inconveniens. quia ut diximus in aliis esse principia terrae celi et mundi inconveniens fuit dictum platonicorum quod usque ad planicies dissolverent corpora. ideo magis rationabile fuit dictum democriti ponentis principia vero non superficies sed corpora indivisibilia. licet et hoc non simpliciter sit bene dictum. sed multam habet irrationabilitatem. rationabilius enim est corpora resolvi in corpora ut dixit democritus quam resolvi in superficies ut posuit plato. ¶ Deinde cum dicit. Sed tamen et hiis etc. ostendit positionem democriti esse sufficientiorem positione platonis quantum ad ea quae sequuntur ex principiis. Democritus enim per sua principia salvabat tam generationem quam alterationem. plato vero alterationem non solum verum sed et apparentem salvare non potest. Ideo ait quod democritus et hiis id est per haec sua principia facit alterationem et generationem. et quia ut dictum est divisione et contactu id est ordine et positione transmutantur propter aliud id est formam accidentalem in materia supposita salvabat alterationem. et faciendo figuras diversas supposita salvabat democritus generationem. nam secundum quod aliud et aliud athomum [illegible] et aliarum figurarum aggregabant generabatur diversa generatio. per hoc vero illi athomi diversificabantur in positione et ordine inducebantur alia et alia qualitas. et quia ex solo situ et ex solo ordine diversificabantur qualitates et color. democritus et leucippus non inquirunt colorem esse. hoc id est esse aliquid fixum in natura. sed sola versione inquirunt res colorari et alterari. Sed hiis id est platonicis qui dividunt corpora et resolvunt in planicies id est superficies licet secundum quandam apparentiam salvetur generatio corporum. alterationem vero et transmutationem in passionibus non ad hoc salvare possunt. Nam ex compositis superficiebus non fit secundum platonicos praeter solida id est corpora passionem tamen et qualitatem non suscipiunt generari ex ipsis superficiebus. superficies enim videntur esse quaedam mathematica et talia sunt abstracta a qualitatibus. Ideo per eas ponentes generari non possunt. ¶ Deinde cum dicit. Causa autem quod minus. ostendit positionem democriti fuisse meliorem positione platonis quantum ad inventionem et modum per quem democritus devenerat in positionem suam diu insudando. Democritus enim devenit in positionem suam per multam experientiam. plato vero quasi inexpertus de rebus sensibilibus dixit quod dixit et consistit in experientia deficere ab experientia. Ideo ait quod causa quare plato minus potuit videre confessa et apparentia fuit inexperientia. Ideo democritus et leucippus insudaverunt naturalibus magis potuerunt supponere talia principia per quae multa possunt applicare et multa elicere. Platonici vero qui fuerunt exercitati in doctrinis ex multis sermonibus respicientes et invenientes ad pauca enunciaverunt faciliter id est debiliter. ¶ Hondum ergo

quod multa vero singularia sunt pauca. plato enim et philosophus tenuerunt modo oppositum. philosophus enim a sensibus ascendit intelligere. plato vero ex intelligibilibus voluit descendere in sensibilia. despiciens ergo ista sensibilia et ista multa et respiciens ad ulla et ad pauca profitebatur debiliter. quia in talibus experientiam et cognitionem particularium multum confert. ¶ Deinde cum dicit. Videbitur autem quis. ostendit positionem platonis deficere a positione democriti quantum ad rationes per quas suas positiones fulciebat. plato vero adducebat rationes extraneas. democritus autem quodammodo proprias. Ideo ait quod ex hiis id est ex dictis democriti et platonis videbit quis quantum differunt physice vel logice intendentes. Nam hii scilicet platonici qui ponunt magnitudines id est superficies indivisibiles arguunt logice id est extranee. Inquiunt enim quod si non esset dare superficies indivisibiles id est superficies non resolubiles in alias superficies multas id est multae figurae essent dari trigonum id est triangulum. Volunt enim plato et volunt omnes mathematici omnes figuras rectilineas resolvi in triangulos. triangulos vero non resolvi in alias et quia in triangulo est status et ipse erat principium figurarum. ideo posuit eos esse planicies indivisibiles et esse principia omnium corporum. hoc autem ideo logicalis erat quia erat extranea naturali positioni. Democritus vero usus propriis et physicis id est naturalibus sermonibus persuadet. quod autem ita sit ut dictum est procedendo id est prosequentia erit manifestum. ¶ Nondum autem platonem fuisse loquutum non solum extraneo quia loquitur de naturalibus non loquebatur naturaliter. sed et ad literam quodammodo loquebatur logice. sed quomodo hoc sint in declarationibus dicit. Incidimus enim de incipientes? facere declarationes separatas a sua ne sola volentes habere suam declarationem tedius sit [illegible]

Habet enim quaestionem si quis etc. Praetermissa positione platonis hic inquirit philosophus de positione democriti. ad cuius evidentiam notandum quod cum democritus poneret corpora indivisibilia et omne corpus sit quoddam continuum oportebat eum dicere aliqua esse signa continuativa quae non erant divisiva corporis. ergo secundum ipsum erant divisibilia corpora secundum quodlibet signum divisivum. Nam si cum hac divisione facta ut patebit non remanebant vero corpora indivisibilia. Secundo probat hoc ideo quod corpora si erant divisibilia secundum quodlibet signum continuativum facta divisione secundum omnia signa divisiva remanebant corpora continua indivisibilia. cum essent in eis signa quae erant ita continuativa quod non erant divisiva. Duo ergo facit quia primo ponit primam rationem et solvit eam breviter. Secundo ponit secundam rationem et solvit eam diffuse supplendo quod in prima solutione diminute ratum fuit. Ostensum autem insimul omnia etc. primum duo facit quia primo ponit dictam rationem. secundo eam solvit ibi. Sed et hoc ponentibus non et nunc prima sit ostenditur. democritus vero imposuit corpora indivisibilia et aliorum corporum principia movebatur hac ratione. dicebat enim possibile est corpus esse actu divisum secundum quodque signum divisum ubique. enim in hac ratione fit mentio de signis referendum est ad signa divisiva quia secundum ea fit divisio. Sed hac divisione facta non remanet vero corpus indivisibile. ergo indivisibilia corpora sunt principia omnium aliorum corporum. cum ad ea stet resolutio omnium corporum. In praedicta autem ratione duo videntur dubia videlicet non esse inconveniens ponere corpus esse simul actu divisum secundum unumquodque divisivum signum. et quod tali divisione facta stet resolutio ad corpora indivisibilia. Hiis enim declaratis videtur sufficienter argui corpora indivisibilia aliorum

corporis esse punctum; propter quam ad ea stat ultima resolutio omnium aliorum. Dividitur ergo hec pars prius in duas partes quia primo quomodo Democritus probabat non esse inconveniens corpus esse simul actu divisum secundum unumquodque signum. Secundo manifestat quomodo ostendebat quod tali divisione facta stabat divisio ad corpora indivisibilia. Secunda ibi. Nam ergo omnino est.

Circa primum duo facit secundum quod dupliciter probabat non esse inconveniens ponere corpus esse actu divisum secundum unumquodque signum. Secunda ibi Quapropter et secundum medium. Dicit ergo quod hec est rationale quomodo Democritus dicebat quia si quis ponat corpus et magnitudinem divisibilem penitus et secundum quodlibet signum, quia hoc est possibile si ponatur in esse, quid erit quod divisionem effugiat. Hoc ergo posito nichil erit divisibile. Est ergo vis rationis quod quia non est inconveniens possibile poni in esse, si corpus omnino est divisibile et hoc possibile non est inconveniens quod simul sit hoc passum et simul sit actu divisum. Nam si simul non dividatur, tamen si hoc fieret et poneretur in esse non sequeretur inde impossibile. Deinde cum dicit Quapropter et secundum medium, adducit secundam rationem. Nam qua ratione quia corpus est divisibile secundum medium signum, si ponatur sic actu divisum secundum tale signum, non sequitur inconveniens. Similiter et pari ratione si est ergo corpus ubique divisibile aut si omnino est innatum esse divisibile, si dicatur sic omnino ut est aptum natum dividi, nullum erit impossibile nascens. Nam sic ut si in mille milia partium divisa fuerint corpora nullum impossibile nascetur inde, licet itaque nullus ea dividat. Et ex quo ponitur omnino divisibile secundum omnia signa distincta, si ponatur omnino sic actu divisa non erit inconveniens, sed non omnino actu dividantur. //

Deinde cum dicit. Nam ergo omnino tale. Ostendit non esse inconveniens ponere corpus esse actu divisum secundum omne signum. Tamen quia posito in esse non sequitur inconveniens. Tamen et quia qua ratione potest poni actu divisum pari ratione potest poni esse divisum secundum omne signum. Iuxta istam adducit rationem Democriti qua innitebatur ostendere quod hac divisione facta stabat resolutio ad corpora indivisibilia. Erit autem sua ratio talis. Divisio facta secundum quodlibet signum quod relinquitur ex divisione vel erunt magnitudines divisibiles vel puncta vel nichil vel superficies vel passiones vel corpora indivisibilia. Sed non est ad priorum, relinquitur ergo corpora esse indivisibilia. Iuxta autem rationem sic procedit quod primo ostendit quod ex divisione predicta non potest relinqui aliud a corporibus indivisibilibus. Secundo quia Plato et universi fere omnes mathematici videbantur resolvere corpora in superficies, superficies in lineas, lineas in puncta, ideo adducit plures rationes ad ostendendum non posse corpora resolvi in puncta. Tertio recolligit rationem totam succincte, concludens tale divisionem stare ad corpora indivisibilia. Secunda pars incipit ibi. Similiter autem ubi erunt. Tertia ibi. Quapropter hec sit manifestum.

Circa primum facit quattuor, quia primo ostendit quod predicta divisio non stat ad magnitudines divisibiles. Secundo quod non ad puncta vel ad nichil. Tertio quod non ad superficies. Quarto quod non ad passiones. Secunda ibi. Sed si nullum erit. Tertia ibi. Sed et siqua divisio. Quarta ibi. Si autem non est corpus. Dicit ergo primo quod si corpus est omnino tale, id est omnino divisibile, ponatur ergo in esse et dividatur. Quid igitur erit reliquum facta tali divisione? Non erit possibile quod relinquatur magnitudo divisibilis, quia hoc posito erit illud corpus non divisum omnino cum posset plus dividi. Erat autem ut dicebamus omnino divisibile et ponebatur divisio sic actu divisum. Deinde cum dicit. Sed si nullum. Ostendit quod non stare posset divisio ad magnitudines divisibiles, ostendit quod non stat nec ad puncta nec ad nichil. Et duo facit quia primo probat quod intendit. Secundo manifestat quod dixerat. Secunda ibi. Quapropter et generabit. Dicit ergo quod si facta predicta divisione non relinquitur aliquod corpus divisibile nec magnitudo, diceret forte quod divisio erit aut ex partibus ex quibus est compositum corpus, erunt secundum divisionem quia erunt puncta indivisibilia. Aut forte dicet quod relictum ex divisione non erunt puncta sed omnino nichil. Utrumque autem istorum est impossibile. //

Deinde cum dicit. Quapropter et generabitur. Probat neutrum istorum esse possibile. Et duo facit quia primo ostendit quod non potest stare divisio ad nichil. Secundo quod non ad puncta. Secunda ibi. Similiter autem et si erit. Dicit ergo quod quia ex eisdem componitur ad que dividitur, si esset possibile corpus dividi in nichil, generabitur corpus ex nichilo et erit corpus compositum ex nichilo et omne, id est totum corpus, erit utique nichil et non erit existens nisi secundum apparentiam. Et quia hoc sit inconveniencia, inconveniens est corpus dividi in nichil.

Deinde cum dicit. Similiter autem et si erit. Ostendit non stare divisionem ad puncta quia si erit divisio ex punctis corpus sic divisum non erit quantum, quia ex punctis non potest fieri magnitudo, quod sic ostendit quia quando puncta tangebant se, id est quando erant magnitudo continua, unumquodque puncta quodammodo se tangebant quia simul erant et una magnitudo erat continens omnia illa puncta, non faciebat illud omne, id est totum corpus sive illa tota magnitudo, esse aliquid maius. Est ergo vis rationis quod quia omnia puncta existencia in magnitudine continua non faciunt magnitudinem maiorem, ideo ex punctis non potest fieri aliqua magnitudo. Quod autem puncta non augeant patet. Nam in linea continua non sint nisi duo puncta in actu. Si tamen dividatur fient in plura puncta in actu quam duo. Si ergo puncta augerent, quia in magnitudine divisa sunt plura puncta in actu quam in continua, omnes partes magnitudinis continue simul sumpte erunt quantum plus quam totum, quod est inconveniens. Ergo quia divisio magnitudinis in duo vel in plura, omnes partes magnitudinis simul sumpte non sunt nec maiores nec minores omni, id est tota priore magnitudine, et quia pluralitas punctorum nichil auget, si omnia puncta componantur nullam facient magnitudinem. Si igitur ex punctis non potest fieri magnitudo, sequitur quod posset dividi in puncta, quod declarare nolebamus.

Deinde cum dicit. Sed et siqua divisio. Ostendit corruptionem corporis non posse stare ad superficies quia si fiat aliqua divisio et quasi rasura, id est superficies que potest dici rasura quia est in extremo corporis, et primo videtur attingi rasio. Si hec rasura et hec superficies fiat de corpore ut quod corpus resolvatur in superficies, quia ex eisdem aliquid componitur in que resolvitur, sequitur quod corpus egrediatur, id est quod corpus fiat et constituatur ex magnitudine vel ex dimensione ut habet alia littera, id est ex superficie que potest dici magnitudo et dimensio secundum longitudinem et latitudinem sed non sit magnitudo secundum profunditatem. Sed si hoc ponatur quod fiat corpus ex superficie, cum corpus sit magnitudo secundum profunditatem et non superficies, erit idem sermo qui prius, et dicemus id quod prius dicebamus, videlicet quomodo corpus quod est divisibile et est magnitudo secundum profunditatem fiet sic ex non magnitudine secundum profunditatem. Sequitur ergo inconveniens quod prius dicebamus, scilicet ex non magnitudine magnitudinem fieri.

Deinde cum dicit. Si autem non est corpus. Ostendit non stare divisionem ad passiones et duo facit secundum quod dupliciter probat hoc. Secunda ibi. Et est magnitudo puncti. Prima ratio talis est

Qz resinq ex diuisione n̄ ē corpus diuisibile. n̄ linea. n̄ puncta. nec
superficies. Sz si diceret forte q ē species aliq aut passio sensibilis in
corpus contra ce. na cū ea nq diuid sit p se existencia. si in
partes diuide corpus post recedet ⁊ erit separabilis ⁊ posset p
se existere q ē inconueniens. ¶ Deinde cum dicit. ⁊ erit mag
nitudo puncti. Adducit secundam rationem q talis ē. Passioni corpore
n̄ competit magnitudo. omnis .n. passio p se lapido dicit q indiuisibile
unum magnitudo eius ē qi magnitudo puncti sit magnitudo
tacti. p eodem .n. hic accipit punctus et tactus. dicitur .n. punctus
tactus qz est id q lineae se contingunt. Si ergo passioni
n̄ competit magnitudo dum corpus diuidi in partes erit passiones
h in conueniens uidelz ex non magnitudine esse magnitudinem
cum deinde sic ex eisdem ad compositionem inq resoluitur ¶ Deinde
cum dicit. Amplius uero erit qz uidebatur magnitudo corporalis
corporis ultima resolui in puncta qz platonici ⁊ mathematici
et h dicere uidebantur. Ideo adducit plures rationes ad ostendendum
h separatum esse impossibile ⁊ tertia facit. secunda q tres rationes adducit
secunda ē i. Tactus enim semper etc. i. Amplius sic diuidens //
¶ Ad euidenciam premissae rationis notandum ē q ponentes magnitudinem
d ex punctis fuerunt duo modi dicendi. quidam .n. posuerunt
h esse per motum ut q punctus motus facit lineam. linea
mota superficiem. superficies mota corpus. Quidam ū dice
bant q absqz tali motu ⁊ absqz tali fluxu magnitudo
fiebat ex punctis. Arguit ergo democritus q sine ponat
puncta mobiles siue mutati. Si magnitudo diuidatur
in puncta illa puncta erunt ubi .i. alicubi qz partes quas
diuid corpus oportet alicubi esse. Sz puncti n̄ potest competere locus cum locus
sit q continuum ⁊ continuum non possit nō continuo equari qz locus
equatur locato. Quoniam puncta n̄ possunt diuidi corpus ¶ De
inde cum dicit. Tactus enim semper. Ponit secundam rationem na sicut
in agente nihil ē assignare q alt ⁊ q ē id agendi ut calidum repertum
dum agit ⁊ calor ē id agendi. id q ē id agendi n̄ per se
existit ut calor n̄ ē per se q existens sz est existens in calido.
q ē ad ad excepto calore sic in tangentibus ad ē q tangit ⁊
ad q ē ratio tangendi. Nam superficia ultima se tangunt ipsa
n̄ ultima sunt id tangendi. ⁊ ideo talia n̄ per se existunt
sz sunt in tangentibus. Punctus ergo q prius dicit punctus tactus ⁊
diuisio. Punctus .n. dicitur inquantum ē quid diuisibile. Diuisio ū dicitur quasi per
super aliquo puncto diuiditur linea. tactus autem nominatur inquantum
est id qz lineae se tangant. ⁊ qz talia ut dictum ē n̄ possunt
per se existere cum ei inq dicitur corpus per se existant in puncta
n̄ potest fieri talis diuisio. ideo ait q tactus .i. punctus numquam semper
per se existat. sz semper ē unum duorum quorundam se tangencium
.i. semper est tamquam tangentis. Punctus .n. ē ad tangentis sicut
passio ē ad subiectum. unum semper ē in quodam tangente. q ipso tangente
aliquo puncto punctum qui dicitur tactus ⁊ diuisio. Si ergo utique quis
predictorum philosophorum qui sunt quibus magnitudine ut corpus aut
quantitate ponat ēē omnino diuisibile ⁊ diuidi in puncta h
impossibile contingit ei qz semper ponit puncta per se existere cum n̄
possint per se esse ¶ Deinde cum dicit. Amplius si diuidens
ponit etiam rationem qz siquis diuidens lignum uel aliquid aliud
corpus ⁊ componit singulas partes tunc omnes partes insimul

capto sunt q equale. ⁊ qz q unum suo toti. Sz puncta
ta non possunt efficere magnitudinem ergo linea n̄ potest diuidi magnitudo
tudo ¶ Deinde cum dicit. Quapropter sic h. Resumit totam
rationem ut concludat intentum dicens q si corpus diuisibile sit habet me
dium signum qz potest secundum quodlibet signum diuidi. qz potest scindi lig
num secundum quodcumque signum. Si ergo ponatur omnino diuisum ut pertractatum
ē diuisibile q erit post diuisionem erit .i. q relinquitur diuisione
facta. Si dicatur qz post diuisionem quod in partes dissoluitur corpus ⁊
generantur ex ipsis. aut quod separabitur h .s. partes absurdum.
impossibile ē ergo q fiat diuisio in passiones. sic semper impossibile ē deinde
diuisionem stare ad magnitudines diuisibiles uel ad n̄. uel ad superficies
es. uel ad puncta. quapropter si erit possibile stare semper diuisionem ad puncta
ta esse possibile semper ex tactibus aut ex punctis ēē magnitudinem
q inconueniens est. Wlt ergo philosophus breuiter ⁊ succincte resumere
rationem q ad mentem predictorum potest stare diuisio corporis si diuidatur
secundum quodlibet signum. sz uel stabit ad aliquod predictorum uel ad corpora
indiuisibilia cum ostensum sit n̄ posse stare ad predicta necesse est esse
corpora indiuisibilia ⁊ magnitudines indiuisibiles ad q semper stat ul
tima resolutio. ⁊ qz talia sunt principia rerum ad q stat ultima
resolutio compositorum arguebat democritus corpora indiuisibilia
esse rerum principia ut ipse ponebat. ¶ Deinde cum dicit. Sz ⁊ h
ponentibus. Soluit ad quaestionem q solo magis est ad ueritatem quaestionis
quam ad formam quaerendi. Duo ergo facit qz primo continuat se
ad dicenda ⁊ dat modum soluendi. secundo ponit ipsam solutionem i.
Unde quidem corpus. Dicit ergo q ponentibus h q posuit democritus
n̄ minus .i. nominis contingit impossibile qz multa impossibilia sequuntur si posset
diuidi corpus usqz ad corpora indiuisibilia. De hiis impossibilibus sequentibus
bus ad positionem tacta seruata est in aliis ut in tertio celi et mundi.
⁊ licz ibi posita sint hec in generatione. sz tamen h q democritus
quaerit repetendum ē h solue. Ideo ut illud soluamus dicendum
ē rursus ⁊ repetendum quaestionem a principio ¶ Deinde cum dicit.
Unde quidem corpus. Ponit solutionem repetendo quaestionem a principio .i. ab
eo inquantum principium consistit. Principium autem quaestio consistit in ut quomodo
corpus sensibile ē diuisibile secundum unumquodqz signum ⁊ quomodo n̄. Nam omne
corpus sensibile esse diuisibile per quodcumque signum. ⁊ esse indiuisibile non
est inconueniens aliter tamen ⁊ aliter. nam h .s. indiuisibilitas secundum quodcumque signum
conuenit corpori potentia. h autem .s. indiuisibilitas existit sine competit
corpori actu. possibile ergo est diuisibile corpus secundum quodcumque signum. sz non
actu. qz numquam actu erit diuisum secundum unumquodqz signum. Solu
tag ergo ē quaestionem ad difficultatem quaestionis licz n̄ sit soluta
quantum ad formam quaerendi. sed q hic diminute inferius supplebitur
¶ Necesse est autem simul omnino etc. Ponit uiam de
monstrandi per quam ostendebat corpora ēē indiuisibilia. qz
corpus poterat diuidi secundum unumquodqz signum diuisibile quo facto erit
ergo residuum diuisionis corpora indiuisibilia ⁊ posita solutione quantum ad dif
ficultatem quaestionis licz n̄ quantum ad formam quaerendi. Inpte ista
ponit uiam ⁊ modum democriti per quam uenabatur corpora esse
indiuisibilia eo q n̄ posset diuidi corpus secundum quodlibet punctum
continuabilem el soluit semper ad hanc supplendo q fuit in uiam
solutione autem premissum. ⁊ duo facit qz primo ponit deinde
uiam ⁊ deinde dubitationem. secundo ponit solutionem i. Nunc autem latz
Circa primum duo facit secundum q democritus dupliciter uenatur q deinde ē

primo .n. venatur dictum modum via ad impossibile. secundo via consimili. Sed quoniam dividitur. Diceret ergo quod necesse erat ponere corpora indivisibilia, quia videtur utique esse impossibile corpus simul divisibile per totum omnino .i. simpliciter secundum omne signum. nam si esset hoc possibile quod corpus dividi posset secundum omne signum tamquam divisivum quam continuativum, fieret .i. posset poni in esse, non quod simul hec ambo inessent corpori actu, quod esset indivisibile et divisum, sed esset divisum actu per quodcumque signum ex quo positum est potentia sit divisibile. Sed diviso corpore secundum unumquodque signum non solum divisivum sed et continuativum facta divisione non remanebit continuum aliquod, quia quod non est continuum non est corpus. nullum ergo erit reliquum corpus. erit ergo corpus corruptum in incorporeum, et generabitur rursus ex incorporeo aut ex punctis aut omnino ex nichilo, quia quod non est continuum vel est incorporeum vel punctus vel nichil. et quia impossibile est secundum talia componi et dissolvi corpus, impossibile est corpus dividi secundum quodcumque signum continuativum. completa ergo divisione secundum quelibet signa divisiva, remanentibus solum signis continuativis, reliqua erunt continua corpora, vel ducitur ad inconveniens. ¶ Nondum autem causa esse rationem democriti quod non solum est ad oppositum sed et destruit solutionem suam. Videbatur enim aristoteles in solvendo corpus esse divisibile secundum quelibet signum per totum, non actu [illegible] quia si esset possibile et fieret. ¶ Deinde cum dicit. Sed quoniam dividitur. Ponit rationes consimiles et duo facit secundum quod duas tales rationes ponit. Secunda ibi. Et aliter sic erit. Credebat enim democritus quod quidem apparet esse unum [illegible] in divisibile secundum apparentiam et secundum sensum, ponebat esse indivisibile secundum veritatem. et quia magnitudo dividitur in separabilia .i. in partes separabiles, et quia partes magnitudinis remota et segregata semper dividuntur in minores magnitudines, diceret [illegible] quod secundum partem dividentis .i. secundum partem divisiva non erit in infinitum divisio nec infinita fractura. non simul possibile est dividere corpus secundum omne signum continuativum, non enim est illud possibile, sed est possibile ipsum dividere usque ad quod .i. usque ad aliquid ut usque ad partes inseparabiles et indivisibiles per apparentiam et partes indivisibiles secundum veritatem. concludebat igitur quod necesse erat existere magnitudines indivisibiles et invisibiles. ¶ Deinde cum dicit. Et aliter sic erit. Ponit aliam rationem consimilem dicens quod est aliter .i. alio modo arguebat democritus [illegible] magnitudines esse indivisibiles, quia sic ponendo erit generatio et corruptio. nam hec quidem .i. corruptio erit segregatione [illegible] corporum, hec .i. generatio erit congregatione. et quia ponenda sunt ea per que possit salvari generatio et corruptio, ponenda sunt corpora indivisibilia. Videbatur enim democrito non esse generationem et corruptionem nisi congregatione et segregatione [illegible] et quia [illegible] dicit quod minimum et indivisibile [illegible] contra democritum qui negabat corpus indivisibilia, negabat principium et negabat motum [illegible] qui salvatur per talia principia. Ideo concludebat democritus quod hec erunt [illegible] cogimus ad ponendum magnitudines indivisibiles. Omnes autem iste rationes fundantur super hoc quod corpus non est divisibile secundum quodlibet signum continuativum. ¶ Deinde cum dicit. Nunc autem latens solvit et circa hoc facit [illegible] quia primo solvit ad primam rationem ducentem ad impossibile. secundo solvit ad primam rationem consimilem. tertio solvit ad aliam. Secunda ibi. [illegible] congregatio. tertia ibi. Sed non simplex et perfecta //

Ad evidentiam autem premisse solutionis notandum non esse [illegible] realem inter signum divisivum et continuativum. corpus enim est divisibile secundum omne signum continuativum, sed hec potentia numquam ducitur ad actum completum. Nec per hoc negatur illud principium quod possibili posito in esse nullum sequitur impossibile. nam potentia debet poni in esse [illegible] actus per quem est potentia. actus autem est duplex, in fieri scilicet et in facto esse. Continuum autem utroque modo est divisibile in infinitum, et secundum quodcumque signum non est habere actus in facto esse sed in fieri. Ideo non debet poni actu divisum secundum quodcumque signum actu in facto esse, sed semper in dividi et in fieri, nullum nascitur inde inconveniens. Sed de hoc plenius in declarationibus tractabitur. ¶ Ad primum tamen dicendum sit quod complete solvit dubitationem democriti. ad evidentiam [illegible] sciendum quod secundum omne signum tamquam divisivum quam continuativum esse divisibile corpus potentia et in actu in fieri, quia talis actus sumitur illa possibilitas. Non autem esse divisibile actu et in facto esse, quia numquam potest divisibile simul actu divisum in indivisibilia, quia indivisibilia extrema intrinseca sibi invicem non continuantur nec contiguantur, non enim continua se habent. Duo autem facit philosophus in ponendo solutionem hanc, quia primo ponit eam [illegible] et quasi in universali. secundo specificat eam ibi. Videtur autem quoniam hoc. Dicit ergo quod democritus latet .i. latens est paralogizans. sed nos dicimus quoniam latet. Nam punctus non est puncto undique contiguus, numquam super divisibile dividitur in indivisibilia, et per divisibile non potest separari a divisibili. et quia hoc est quod punctus non continuatur puncto, corpus esse divisibile omnino .i. secundum omne signum. Erit autem qualiter existit magnitudinibus, et autem qualiter non .i. uno modo est et alio modo non est. ¶ Deinde cum dicit. Videtur autem. Manifestat quod dixit et duo facit secundum quod duo predixit. primo enim ostendit quod magnitudo non est undique divisibilis. secundo quod est undique divisibilis ibi. Hoc autem existit. Notandum autem quod semper cum dividitur aliquod divisibile fit divisio super aliquid indivisibile, ut si dividatur linea fit divisio super puncto. In linea autem sunt quedam puncta in actu, quedam in potentia. In actu autem sunt puncta extrema in extremitatibus linee, quia ultra illum punctum non est de linea. qui ergo poneret instrumentum in illo puncto non abscideret. In alio ergo puncto fiet divisio. Sed cum illi puncto non continuetur nec contiguetur alius punctus, sed semper inter illum punctum et alium punctum cadit linea media, numquam a linea potest abscindi nisi linea, et a divisibili non divisibile. oportet ergo indivisibile esse contiguum indivisibili si debet per indivisibile abscindi, et si undique debet indivisibile abscindi, undique debet indivisibili contiguari. Ideo ait quod quoniam hoc ponitur videlicet quod [illegible] possint dividi divisibile, videtur poni quod undique et ubique potest esse punctus, et quod punctus continuabitur puncto. quod est necesse .i. ex necessitate dividitur magnitudo in puncta. cum ergo undique sit punctum, quare ex tactibus et ex punctis necesse est esse lineam, quod est inconveniens. ¶ Deinde cum dicit. Hoc autem est quod existit. Ostendit quoniam [illegible] non est ubique divisibile, quia non est ubique punctus, cum non sit punctus iuxta punctum. ostendit quomodo potest concedi corpus ubique esse divisibile et ubique punctum, dicens quod hoc videlicet existit punctus unitatem habens quoniam utique magnitudo sumpta est una

signum

[illegible] est quo talia corpora

in a philosopho

quam

ubi dicit [illegible]

divisivum et continuativum

potentiam tamen poni in fieri [illegible] actu [illegible]

puncta autem in potentia sunt existentia in ipsa linea; si ergo dividitur linea non potest dici quod in puncto dividatur [illegible] in medio et quod est in extremitatibus linee

quod ubique

augetur non mutat totum locum. sed quemadmodum id quod deducitur. i. quod extenditur manente eo in eodem loco particulariter transmutatur secundum locum quia non mutat locum secundum totum sed secundum partem. sic et quod augetur secundum partem mutat locum prout occupat locum maiorem. Deinde cum dicit. Non quemadmodum ostendit augmentum non transmutare locum sicut periclitatur quod sicut sphera quia in motu sphere manente toto in suo loco. i. in loco equali et eodem. hec enim periclitatur sphera transmutatur secundum locum. augmentatum autem et diminutum nunquam in loco simili vel equali. sed partes que sunt eius quod augetur sunt in loco plenum occupando maiorem locum. Partes vero que est eius quod diminuitur in minorem. Deinde cum dicit. Quoniam igitur epilogat determinata dicens. manifestum est quod transmutatio eius quod generatur et alteratur et augmentatur non solum differt in generibus est que sunt tales motus ut quia augmentum est circa quantitatem et non alie transmutationes. sed in differunt in sic. i. in modo transmutationis localis quia augmentatum de necessitate transmutat locum. non tamen sic est de generato et alterato.

Circa quod autem est transmutatio etc. Ostenso quomodo differt augmentum ab aliis motibus in presenti ostendit est quod et qualiter fit augmentum et duo facit quia primo premittit quod intendit. secundo exequitur de intento ibi. Utrum ex impotentia. Dicit ergo quod quod est et quod est transmutatio augmentationis et diminutionis. Nam augere et diminui videtur esse circa diminutionem et magnitudinem. ideo suscipiendum est qualiter est magnitudinem talia contingunt. Deinde cum dicit. Utrum ex impotentia. Exequitur de intento et duo facit quia augmentum dupliciter sumitur large et proprie. Large enim sumptum cum quantum additur quanto augmentatum efficitur. secundum quem modum et inanimata crescunt. augmentantur enim partes cum lapis lapidi additur. Proprie autem augmentum sumitur cum quibus partes aucti et aucta ut cum per nutrimentum ad singulas partes aucti pervenit alimentum. et sic non augmentantur inanimata. et sic dupliciter sumitur augmentum large et proprie. sic et aliqui possunt respicere augmentum communiter et non proprie. duo ergo facit philosophus primo enim inquirit que respiciunt augmentum communiter ut quod augmentum sit ex aliquo corporeo et quanto. secundo investigat respicientia augmentum proprie ut quod quibus partes aucti debet esse aucta et quibus partes diminuti est diminuta et cetera hic. secundo ibi. Suscipiendum utique magis.

Notandum autem quod subiectum est quod vocatur augmentum potest dupliciter accipi radicaliter et proprie. radicale enim subiectum in generatione est a quo in subiectum in aliis transmutationibus ut supra dicebatur. Proprie tamen quibus transmutatio habet subiectum suum et addit subiectum cuius transmutationis super subiectum generationis. Duo ergo facit secundum quod ex subiecto augmenti dupliciter ostendit augmentum fieri ex quanto et corporeo. nam primo ostendit hoc ex subiecto augmenti sive ex eo est quod vocat augmentum radicaliter. secundo ex eo est quod vocat proprie. secundo ibi. Simpliciter autem talis. In prima parte intendit talem rationem. In est quam dicebatur generationis illius nunquam est separata a corporeitate et magnitudine et ab his formis et morphosis. Sed id est subiectum generationis illius et augmenti ergo id est quod vocabat augmentum nunquam erit separatum a corporeitate et magnitudine. tria ergo facit secundum has tres partes. nam primo ostendit nunquam separari a corporeitate et magnitudine. secundo manifestat eandem esse materiam et subiectum esse augmenti et generationis illius. tertio concludit conclusionem

quod vocatur augmentum et ex quo fit augmentum non esse separatum a magnitudine et corporeitate. Ratio prima. Quoniam autem sunt corpore et cetera. Mathematici autem exquisitius. Postquam probavit quod ostendit vacuum generationis illis non separari a magnitudine et corporeitate dividitur in partes duas quia duplex hoc ostendit. Primo enim hoc ostendit rationibus ad impositionem. Secundo rationibus conclusivis ibi Sed neque punctos esse primum tamen fiat quia primo sub disiunctione procedit nisi quibus potest intelligi vacuum esse separatum a magnitudine et a corporeitate. Secundo modos illos improbat et concludit vacuum non separatum. Ratio prima. Aut impossibile et cetera. Melius ergo omnibus dicendum est inquantum est unius corporis et magnitudinis generari possunt ex corpore et magnitudine in potentia non in actu sed actu erit incorporeum et sine magnitudine. Et quia ut esse leonis crine dicitur idem est secundum generationis vel augmenti. Si generabitur corpus ex non corpore augmentabitur et ex non corpore. Et quia sic generatio et augmentum ex non corpore et ex vacuo separato a corporeitate dicitur contra dicta. Ideo inquirendum est si hoc verum est qualiter fit augmentum. Verum fiat ex vacuo separato secundum se non solum secundum esse sed in loco. Aut hoc fit ex vacuo separato secundum esse non autem separato a corpore secundum locum sed existente in quo corpore. [C] Deinde cum dicit Aut impossibile utrumque improbat utrumque membrum. [C] Ad cuius evidentiam notandum vacuum secundum dicentes non esse separatum a corpore loco id est quod non sit per se existens sine corpore immo quod est in ipso corpore in eodem loco existit in quo est ipsum corpus. Naturalis non est separatum secundum esse ut sic sit in eodem loco non tamen et corpus in quo est. Sicut vinum et dolium sunt in eodem loco quia aliud est vinum et aliud dolium. Duo ergo facit quia primo probat vacuum non esse separatum a loco. Secundo ostendit quod non est separatum secundum esse ibi Sed si in aliquo existit. Dicit ergo quod aut impossibile est utrumque videlicet vacuum separatum et loco et esse. Quia si est ens id est existens et separatum loco a corpore tunc nullum possidebit locum. Erit ergo sicut aliquis punctus vel sicut vacuum sive sicut corpus in spatio. Vacuum enim et corpus in spatio idem est vel erit sicut corpus in spatio id est sicut corpus non occupans locum. Hoc autem horum duorum quorum ponatur non est probabile ponere. Nam hoc id est vacuum et secundum ex quo generatur ad necesse est esse in aliquo loco. In eodem enim loco in quo erit id quod est corruptum est postea id quod est generatum. Et quia quod generatur ex eo id est ex isto aliquo semper est alicuius quare et ex quo fit generatio vel secundum se per se accidens supponitur necesse est alicubi esse. Sed si vacuum poneret separari a magnitudine et poneret per se existere non esset in loco neque per se neque per accidens. Ergo extra non posset fieri quia tunc secundum extra nusquam esset. [C] Deinde cum dicit Sed si in aliquo improbat secundum membrum videlicet quod vacuum non est separatum secundum esse. Et duo facit quia primo dicit huius positionis sequi inconvenientia. Secundo narrat illa inconvenientia ibi Dico autem continue. Sicut patet non potest poni vacuum separatum et per se existere. Sed si dicatur quod in aliquo corpore et non est separatum loco sed existit siquidem quod separatum supponitur secundum esse ita ut nullo modo sit ad per se vel per accidens sicut vinum est in vase cum quia est separatum a vase secundum esse et non est vasis neque per se neque per accidens. Si sic dicamus de vacuo multa inconvenientia contingunt. [C] Deinde cum dicit Dico autem narrat illa inconvenientia que contingunt sic dicentibus et tria facit secundum quod tria talia inconvenientia adducat. Ratio prima. Sed prima est. Amplius neque dicit ergo bene dico quod multa inconvenientia contingunt dicentibus vacuum esse in corpore et non esse separatum ab eo loco secundum esse, quia sicut generatur aer possibile generari ex aqua sive ex vacuo quod est in aqua aqua non consumitur quod est inconveniens cum generatio unius sit corruptio alterius. Quia enim dicunt secundum esse per se liquido et secundum quod hic potest esse consumatur in uno a non consumpto. Non oportet ergo aquam consumi sed ex vacuo quod est in ea ad generatum, cum non ponatur esse idem esse aque et vacui quod est in aqua. [C] Deinde cum dicit Sed propter ea adducit secundum inconveniens dicens quod propter ea quia ponitur quod ut aqua est in vase sic vacuum est in eo in quo est non pluribus infinitas vacui esse in aqua ut infinitas materias esse in aqua. Nam cum vacuum non occupet locum et ponatur sic esse in aqua ut aqua in vase. Quare potest esse in aqua una vacui. Per rationem eadem poterunt infinite vacue. Nam si aqua non occuparet locum infinite aque possent esse in eodem vase. Et quia semper ex vacuo potest aliquid generari infinita actu possent generari ex ipsa aqua in qua essent infinite vacue quod est inconveniens. Non enim ex eodem finito infinita actu possent generari ex ipsa. [C] Deinde cum dicit Amplius cum et cetera sic adducit tertium inconveniens nam est inconveniens hoc secundo quia repugnat apparentibus. Nam si maneret esse in aqua sicut aqua in vase generatio esset non aliud quam exitus a manente. Sicut enim aqua exit a vase et permanente vase sic consumitur (manente) sic exiret ab aqua quod generaretur ex vacuo manente ipsa. Sed hoc repugnat apparentibus. Non enim sic videtur generari aer ex aqua ut exitus a manente immo ex aqua non manente sed ex aqua consumpta et corrupta est aer generatus. [C] Ultimo cum dicit Melius ergo omnibus concludit vacuum inseparatum esse dicens quod omnibus id est inter omnia melius est facere materiam esse inseparatam a corporeitate et a magnitudine et facere eam ut entem eandem et unam numero per essentiam. Ponere autem id est secundum formam et esse debemus eam facere non unam. [C]

Sed neque punctos ponendum et cetera. Positis rationibus ad impossibile quod vacuum non potest separari a magnitudine et corporeitate. Interpretatur ista ponit rationes conclusivas. Ad cuius evidentiam advertendum quod indivisibile secundum quod hic et in sua magnitudine potest intelligi ad duplex negative et privative. Negative enim punctus est indivisibilis quia non potest dividi. Sic et linea est indivisibilis non simpliciter sed secundum longitudinem latitudinis. Privative vero vacuum secundum se considerata est indivisibilis quia non potest dividi secundum se. Est tamen apta nata dividi per quantitatem. Privatio enim super negationem addit aptitudinem. Punctus ergo est indivisibilis solum negative quia non dicitur non est aptus natus dividi. Duo ergo facit philosophus in ostendendo vacuum secundum quod existit et ut est ad inesse non esse separata a magnitudine et non esse quid indivisibile quia primo ostendit eam non esse quod

in divisibile negative sicut punctus vel sicut linea que aliquo modo est indivisibilis negative. in quantum sine latitudine non dividitur nec est apta nata dividi. Ideo ostendit eam non esse quid indivisibile privative ut quod actu nullam ullam habeat magnitudinem nec quantitatem. sed solum sit potentia divisibilis. et sit apta nata quod sit quanta et magna. Et hec pars .i. Dubitatur quid igitur. Dicit ergo quod non est ponendum motorem esse punctos nec esse lineas corporis per easdem causas .i. per easdem rationes quas supra tetigimus. illic enim eedem rationes ducuntur ad impossibile ostendentes motorem non esse separatum a magnitudine quia motor non esset alicui ostende possunt motorem non esse puncta per se existentia nec lineas per se existentes. punctis enim et lineis sine quibus hec non debetur locus. Et sic per illas causas et per illas rationes ductas ad impossibile supra tactas ostendi potest materia non esse puncta per se existentia nec lineas. Ita possunt adduci rationes consimiles ad ostendendum hoc esse non puncti et linee habent rationem ultimorum et terminorum. Motorem autem debet esse quid terminatum. Interminatum autem non est ipsum sed est id quod priora terminat et ultimat. Motor ergo non est puncti nec linee. Sed est id cuius hec scilicet linee et puncta sunt ultima et termini. Et quia terminale non separatur a suo termino cum motor tangit et finiatur per puncta lineas fortes et parvas. Sic numquam est motor sine punctis et sine lineis vel sine magnitudine. Numquam est possibile eam esse nec sine parte nec sine forma. ¶ Deinde cum dicit. Dubitabit quid igitur. Postquam ostendit motorem non esse quid indivisibile negative quia non est puncti nec linee. Ostendit eam non esse quod indivisibile privative ut quod sit actu separatum a magnitudine et ab omnibus partibus. Et est ratio sua talis. Quicquid fit fit a sibi convenienti aliquo modo. Ita ut declaratum est in alius ut in octavo metaphysice. Cum generatur alterum ex altero simpliciter et generatur ab alio ente actu vel generatur ab eo quod est actu omogeneos .i. eiusdem generis vel est actu omogeneos .i. eiusdem speciei. Verbi gratia homo generatur ab homine et ignis ab igne sunt eiusdem speciei homo cum homine et ignis cum igne. Sed alteratio generatio est ab actu sine idem genus. generatur enim durum a non duro quia generatur a frigido. Frigidum enim constringit et indurat quicquid tamen sit semper generatur ad aliquid sibi conveniens aliquo modo. In quo agens et paciens in principio sunt dissimilia. in fine vero similia. Sed suppletur est quod motor separata ab omni actu et ab omni quantitate non est simul nec dissimul. Oportet ergo tamen generans quod id ex quo generatur esse ad aliquid actu. Numquam ergo motor ex quo fit generatio est indivisibile privative ut quod sit separata ab omni actu et ab omni magnitudine sed sit apta nata esse quanta et magna. ¶ Tunc sequitur illa pars Quam autem est et siue quod fuit divisa contra totum precedens conveniunt autem sic. Postquam ostendit motorem generationis non esse separatam ab omni actu quantitate et ab omni magnitudine. In parte ista ostendit eandem esse motorem augmenti et generationis. Intendit autem talem rationem. augmentum videtur respicere corpus et quantum sine se. generatio vero respicit corpus in eo quod naturale. Sed idem

est corpus et corpus naturale cum non sit dare ad corpus separatum quod sit commune ad corpus sine se et ad corpus naturale. Ergo est eadem motio vel eadem materia. ubi est corpus et ubi talis corpus .i. corpus naturale. Et si eadem est materia corporis et corporis naturalis eadem est materia passionum et corporis. passionalia sunt corporis naturalis. Et per consequens generationis que respicit corpus tale. et magnitudinis .i. augmentationis que respicit corpus magnum. Ponere ergo materiam intellectu separata est materia generationis et augmenti. Loco autem .i. secundo vero non est separata materia huius et illius. non quis ponet materias partes separatas ab illis. Si .i. partes separates essent que esse materia magnitudinis et parvitatis. et que est corporis et corporis naturalis. et per consequens que esset materia generationis et augmenti. Sed de hoc in declarationibus tangetur.

¶ Deinde cum dicit. Materia autem exquisitis convenit utrum primum inventam. ita si in quibus vel numquam est separata a magnitudine et a quantitate. et eadem est materia generationis et augmenti materia est exquisita .i. investigatis quam augmentatio non est transmutatio ex potentia magnitudine. actu autem nulla magnitudine habente. quia si hoc quid esse separatum quod esset quod est quid commune .i. separata esset materia a quantitate quia est quod commune et unitate habuit eam. vel aliter separatum esset quid commune .i. separatum esset ad corpus quod esset hoc commune ad corpus sine se suppositum et ad corpus naturale quia est in commune ut prius dicebatur. vel aliter vel in alius quia hoc celo et modo ostensum est hoc esse impossibile. Et si non est ad corpus et corpus naturale et non est ad materiam sive veram augmenti et generationis numquam materia augmenti separata erit a magnitudine et quantitate. sic nec materia generationis. ¶ Deinde cum dicat. Simpliciter autem talis conveniat rationem. super expositum. principium subiecti augmenti ita quod subiectum in generatione est corpus et eius in actu hoc est per accidens. quia eius in potentia est principium subiectum generationis tamen in eius in potentia numquam actu separatur a quantitate. sed in augmento hoc est per se quia subiectum principium in augmentatione est corpus habens magnitudinem in actu. Ideo dicit quod talis transmutatio in qua principium subiectum esset eius in potentia non corpus in actu non esset principia materia augmentationis sed generationis et dicit principia quia que non est eadem materia secundum generationis et alterationis. principium cum subiectum habet et idem. Quod autem in augmento non solum sit per accidens sed per se suppositum corpus et magnitudinem patet. quia augmentatio est extensio addita augmentum magnitudinis. et diminutio est minoramentum. Ideo oportet aliquam magnitudinem habere quod augetur quod augeatur. Quare non sine magnitudine .i. non sit materia cum magnitudine oportet esse augmentationem. Et non oportet esse materiam in actu .i. sine actu magnitudinis. Quam enim magna esset generatio corporis non augmentatio. Sed unde quod philosophus superius condicat ita superius dixit materia generationis non separari a magnitudine. hoc autem videtur minime quod in augmento materia non separatur a magnitudine. In generatione autem non sic. Ad quod dicatur patet quod tamen in augmento quam in generatione materia semper separata est coniuncta magnitudini sed in augmentatione videtur esse per se. In generatione autem non est per se sed per accidens. ¶ ostendere [illegible]

Suscipiendum utique magis et cetera. Superius philosophus tetigit inquisivit que videntur respicere augmentum conveniens

ab omni

l. vii.

iuxta quod venatur quod virtus respiciens augmentum specialiter. Et duo facit quia primo continuat se ad dicta. Secundo exequitur de intento ibi: Videtur utique. Dicit ergo quod suscipiendum est utique quod magis specialiter tangentes quomodo sic a principio et a principio quietum. Nam quia aliquo adveniente fit augmentum et recedente fit diminutio, ideo queramus aliquas causas et rationes de illo a quo quo contingit augeri et diminui. Cuius et qualis sit earum, id est entitatis, utrum videlicet sit corpus vel incorporeum. ¶ Deinde cum dicit: Videtur utique eius. Exequitur de intento quia primo venatur causas et rationes augmenti et ea que specialiter requiruntur ad augmentum arguendo. Secundo solvendo ibi: Dubium autem quesitum est. Circa primum duo facit quia primo premittit duas conditiones que requiruntur ad augmentum. Secundo arguit contra ea que dixerat ibi: Necesse autem augmentari. Una conditio que requiritur ad augmentum est quia videtur eius quod augetur quamlibet partem esse auctam. Et in diminutione similiter quamlibet partem videtur esse factam minorem. Alia conditio que requiritur ad augmentum est aliquo adveniente augmentari et aliquo recedente diminui. ¶ Deinde cum dicit: Necesse est autem contingere predicta. ¶ Ad cuius evidentiam notandum quod dictas duas conditiones sic se habere quod destructa secunda destruitur prima. Destructio enim non fit augmentum aliquo adveniente destruitur quod quelibet pars aucti sit aucta. Nam ideo quelibet pars aucti est aucta quia cuilibet parti ad additum et ad quamlibet partem aliquid advenit. Ideo solum arguit contra hanc conditionem quod non fiat augmentum aliquo adveniente. Et duo facit quia primo facit quod dictum est. Secundo removet quandam cavillationem ibi: Sed non sic contingit. Circa primum duo facit quia primo ponit quandam distinctionem. Secundo destruit utrumque membrum ibi: Siquidem igitur. Dicit ergo quod si fit augmentum aliquo adveniente necesse est augmentari aut corpore aut incorporeo, id est adveniens vel est corpus vel non corpus. ¶ Deinde cum dicit: Siquidem igitur destruit utrumque membrum. Primo ostendit non fieri augmentum adveniente incorporeo. Secundo non fieri adveniente corpore ibi: Si autem corpore. ¶ Ad evidentiam autem prime partis notandum philosophum supponere quod de necessitate requiritur motus in augmento et locum continentem transmutationem. Hoc autem supposito ait quod si fiat augmentum adveniente incorporeo, quia semper fit augmentum adveniente eo quod supponit locum continentem transmutationem, sequitur ergo ipsum inane esse quod continet omnibus generabilibus separatum a corporeitate. Sed quod dictum est prius impossibile est vacuum esse separabile a magnitudine et corporeitate. ¶ Deinde cum dicit: Si autem corpore destruit secundum membrum quia si fieret augmentum aliquo adveniente corpore duo corpora erunt in eodem loco, quod augetur et quo augetur. Est autem hoc impossibile quod duo corpora simul in situ. ¶ Deinde cum dicit: Sed non sic contingit removet quandam cavillationem et duo facit quia primo cavillationem ponit. Secundo eam destruit ibi: Non enim augmentatio. Dicit ergo quod non contingit dicere sic generari et fieri augmentationem et diminutionem sicut quidam dicebant. Cavillose enim et sophistice aliqui de augmento declarantes dicebant quod cum ex aqua fit aer fit augmentum quia tunc maior tumor generatur. Hoc autem posito si vera esset ad naturam augmenti

philosophi quia non adveniente incorporeo nec corpore fieret augmentum. ¶ Deinde cum dicit: Non enim augmentatio destruit hanc cavillosam positionem. ¶ Ad cuius evidentiam notandum quod in predicta generatione tria sunt consideranda: aqua que corrumpitur, aer qui generatur, et quod est continens utrumque. Tunc autem facit quia primo ostendit in predicta transmutatione non salvari augmentum quantum ad aquam que corrumpitur vel quantum ad aerem qui generatur. Secundo ostendit non posse salvari augmentum quantum ad id quod est continens utrumque. Tertio narrat conditiones augmenti ut magis sint manifesta que dixerat. Secunda ibi: Sed aut nullius est. Tertia ibi: Hec autem tria sunt. Dicit autem quod hec scilicet predicta transmutatio non est augmentatio neque aeris neque aque, sed est generatio eius in quod transmutatur scilicet aeris, et corruptio eius contrarii scilicet aque que transmutatur in aerem. Augmentum autem erit neutrius. ¶ Deinde cum dicit: Sed aut omnium non esse augmentationem eius quod est continens utrumque. Augmentatum enim debet manere et esse in tota transmutatione. Sed cum ex aqua fit aer, aqua non potest esse aucta quia non manet nec est in fine transmutationis. Nec aer est auctus quia solum incipit esse in fine transmutationis. Dicit ergo nullius est augmentatio. Item si aliqui volunt salvare augmentum dicunt quod aliud existit continens ambo eorum scilicet quod generatur et quod corrumpitur. Unde dicit: Si corpus vel simile est hic continens forte dicitur esse auctum. Aqua ergo non aucta quia deperit nec aer quia est generatus. Tunc igitur ergo auctum est corpus aliquod quod est continens predicta. Non enim auctum esse. Sed et hoc est impossibile licet habeat quandam apparentiam, quia oportet salvare rationem et existentiam illam eius quod augetur et diminuitur. Sed illud non manet eadem secundum existentiam et rationem, id est secundum esse et diffinitionem, in aqua corrupta et in aere generato. Ideo ei non competit augmentum. ¶ Notandum autem quod existentia et ratio competit magis proprie forme. Ideo secundum quod mutatur forma mutatur et ratio eius esse. ¶ Item notandum quod cum philosophus loquatur hic de inani quod est continens aerem et aquam nominat ipsam corpus quia antiqui philosophi omnes posuerunt inane esse corpus. Ideo contra eos disputans more eorum loquitur nominando inane corpus. Verum autem possit intelligi quod hic agitur de ipso corpore forte in declarationibus dicetur.

¶ Deinde cum dicit: Hec autem tria sunt narrat conditiones augmenti ut magis sint manifesta que dixerat et duo facit quia primo facit quod dictum est. Secundo quia ex conditionibus augmenti apparet [illegible] quandam questionem motum [illegible] ibi: Querere autem. Circa primum tria facit quia primo narrat dictas conditiones. Secundo per predicta comparat augmentum ad generationem et alterationem. Tertio per has conditiones augmenti redit ad destruendum cavillationem prius positam. Secunda ibi: Cum generatur. Tertia ibi: Si utique erit. Dicit ergo quod hec tria sunt que requiruntur ad augmentum, quorum unum est quamlibet partem eius magnitudinis quod augetur esse auctam et esse maiorem. Verbi gratia si caro sit aucta quelibet pars carnis debet esse aucta. Secunda conditio augmenti est quod adveniente aliquo fiat augmentum. Tertia autem est quod salvetur et maneat quod augetur. ¶ Deinde cum dicit: Cum generatur per ea que dixerat comparat augmentum ad alterationem et generationem dicens enim augmentum manere. In hac autem conditione augmentum

conuenit cu alteratione et differt a gnone. Io ait q cu ad
gnat simplr aut corrup no manz. Cu au alterat au
augetur aut minuitur manz id q augetur. aut q alterat
sz cu n manz eadem pri n eadem magtudo. manz n.
q alterat sz mutat pane et qualitate pcedendo ab v
na i alia. sic augmentatu mutatur fm quantitatem pce
dendo a minori i maiore. Deinde cu dic. Sz
et Rediit ad destruendu cauillatoem pdcam pdi
tiones q pdixit de augmento d. q si et pdca po va
ut dicam sz augmentu cu ex aq fit aer q z rarior
et sz diminutoem cu ex aere fit aq q est densior
n saluabunt pdicones augmenti. qr ut pz ponendo p
dca ptinge augmentatio nullo adueniente et ptinge
ad diminuitur nullo recedente. Puerit ut pz pbicta
ptinge n manere q augetur sz oz saluare hec. i. has
pdicones. sbicit n. e. i. suppo z augmentu esse talis.
Supponebat n. pus aliquo adueniente sz augmentu et
saluari atq manere q augetur. sz oz saluare. Dein
de cu dr. Querz au ads Ponit quanda qonem cuius so
lucio hz ex pdcis. et ca fac q pmo ponit qonem. so
soluit. e manifestat q in solucione sua poierit. sa ibi
Aut qm hz. i. Simulr et in alteratione d g q
querz ds quid z q augetur utrum augeat id cui aliqd
apponitur. v g. Si augetur crus sz z q efficitur maius
et e ad appoit aut suppo augetur id q augz e cibz. et q aut augz.
qr n ambo dni aucta. totu n. vz mai q appoit
et e appoitu i. z cibz et es quadm au miscs vinu
aq. vtrumqz i. totu vz simul augmentatu et ee plus.
Deinde cu dicit. Et qm hmoi. soluit dicens q
aut suppo augmentatur crus cui appoitur aliqd. n cibz qui
apponitur. et e ro qm manz sba hm. hz au n manz
sba. Vbi g cibus no manz sba. sic g i mixtione do
minans dr augeri et hz crus a q dnatur et pntat cibu
ad nam sua est id q augetur. Si g misceat aq cu vino
et vinu pntat ad se aqua vinu dicetur auctu qm ma
nz. Facit n vini opus. sz illa aq vinule mixtura
aq et vini n dicetur aucta. n n. est aucta aq et vi
nu sz solu vinu cu solu ponat facit vini opus et
no aq. Deinde cu dicit Simul et in alteratione.
Manifestat q i solone supponerit et duo facit pm q du
manifestat q dicat pai. Quo au alteratu est suppo
suat n. qr n manz cibz sz manz crus augetur crus
et n cibz. Sz au manifestat p simile dicens q sim et i al
teratione qr manz caro eius et q e ad pmanenz.
pa au aliqua de nouo coz acticiu pmse. i. pa aliqua
q pmse est actus existit q passio n existebat prius
Io s alteratu est sz. i. alteratu est sbm q manz n pa
suppo que z de nouo inducta et n manz. et tuc co
plenda z ro. videlz qr similr e in alteratione et augm

tatione cu in alteratione qr manz sbm et n pas al
teratu est sz i. sbm et n passio qr manz g i augm
to qr manz crus et n cibz augmentatu est crus qr
manz. Deinde cu dr. Quomodo au alteratu est.
Manifestat sz idem aliquo m distinguendo de pncipio alterato. d.
id q alteratu e sz tale pncipm alteratiu. quz quod n z
passum nz alterari est sbm eius. i. vnu pncipm effectiuu
alterationis est alterans i alteratu ut aia vegetatiua
est i eo q augetur. aliud alterans alteratu ut cibz qdo
sb dic quz et i suppo q alterat alteratur. Alterans g p
mu q z pncipm motus ut aia vegetatiua e i eo q au
getur et alteratur. Sz in hus. i. in alteratiuis alteratis
ibi e moues qm est ingrediens. io n. cibz alterat qr
ingreditur mibz et tuisit in sbam eius qr si alius esset ac
cipiens id corpus i. reciperet form illius corporis ad q e
hic. i. si reciperet forma carnis existens pse et n ingr
diens ad mibz generare utiqz magis i. esset i gnio ing
g augmentu. V gra. si cibz esset ingrediens fiat utiqz
p spes. i. accipiat illa spem et illa form carnis ad
qua ingreditur. et sz paciens corrupitur. ita q e mo
uens no mh. i. n ad form ppria. sz moue ad form
carnis. ul mouet n mh. qr mouet pncipale i. aia vegetatiua
e n mh. i. in cibo. sed in carne. Io au exib
phs hoi q cu dup sit alterans vnu in alteratu et a
alteratu. alterans i alteratu e in carne n in cibo. Ideo
caro manz cibz a q e alterans alteratu n manet.
Et tuc supplenda z ro eius q caro augetur q manz et n
cibz. Item no q accipe ad form carnis pt intelligi
dup. ul pse exus et tuc z gnio ul ut pnctu z ala
et tuc e augmentu ut inf dicetur. cibz g acceptit for
ma carnis sz accip eam n q pse exus sz ut pnctg
mibro. Io dic phs q si cibz n esset ingrediens ad corpus
q est mibru et acciperet form eius magis utiqz eet gnio
qua augmentum. Item nond q cu cibz ingreditur ad mibru re
soluitur in ptes sbtiles. et qr corpus subtile pt d spus io
i illa ingssione pt fuis spe. Io cu aliq text hzeat
Si cibz ingrediens fiat utiqz spus. et aliq hzeant fiat
utiqz spes. si considerant pdca utrumqz exponi pt.

Postquam qm quesitu est etc. Postquam phs uenatus
est pdicones augmenti i querendo et arguendo
In pte ista exeqtur de intento soluendo et ueritatem decl
arando. Et duo facit qr pmo pcitat se ad dda. so exeqtur
de pposito i. Saluantes manere. Dicit g qm qsitu e
i. querendo et arguendo qntu z suffigit de huis q pcedunt
ad augmentu oz deinceps temptare inuenire solutionem
qonis. Deinde cu dr. Saluantes manere idem
Exeqtur de intento et duo facit qr pmo narrat pdico
nes augmenti. so dat modum augmenti saluando pdicones illas i.
Susapiendu determinates. Ad euidenciam pme

prime partis notandum quod quedam condiciones augmenti requiruntur ad augmentum tamquam salvande quedam vero tamquam vitande. salvande enim sunt tres. primo quod maneat id quod augetur. secundo quod augmentum fiat aliquo advenien-te et diminutio aliquo recedente. tertium autem salvandum est tertium quod quelibet pars aucti sit aucta et diminuti diminu-ta quia augmentum sit gratia magnitudinis secundum quantitatem signatam. secundum secundum quamlibet partem formalem et diminutum sit gratia minoris. condiciones autem vitande sunt tres. primo quod sit vacuum corporis. secundo quod non sint due magnitudines in eodem loco. tertio quod contingat augeri advenienti corpori. ¶ Deinde cum dicit Sus-cipiendum determinantes dat modum augendi salvans condi-ciones predictas et ostendit augmentum fieri non per vacuum neque per esse duo corpora in eodem loco neque adveniente incorporeo. Sed quia attrahit alimentum ad singulas partes formales ipsius aliti secundum quem modum salvantur omnia que requiruntur ad augmentum. ¶ Duo ergo facit quia primo secundum deinde modum salvat omnes condiciones augmenti quia per alimentum salvare videtur condiciones illas que re-quiruntur ad augmentum. secundo de ipso alimento movet questionem quo-nes ibi. Queret autem aliquis. Est primum et facit secundum quod tres condiciones sunt salvande. primo enim salvat quod quelibet pars aucti est aucta. secundo quod manens idem quod augetur. tertio quod adveniente aliquo fit augmentum. secunda ibi. Oportet autem intelli-gere. tertia ibi. Manus autem toto et salvando quamlibet partem aucti esse auctam etiam facit quod primo ostendit quo fiat augmentum. secundo distinguit inter partem materialem et formalem. tertio ex hiis que dixit declarat intentionem inventam. secunda ibi. ¶ Deinde quod caro tertia ibi. Quecumque igitur. Dicit ergo quod suscipiendum est quo-modo possint salvari condiciones tacte. sed antequam hoc fiat de-terminemus prius unumquodque quod augetur. Illa omiomera idest corpora consimilium partium augentur cum augentur omiomera idest corpora similium partium. Unumquodque enim dissimilium partium componitur ex hiis que sunt similium partium. manus enim que est dissimilium partium quia quelibet pars manus non est manus componitur ex hiis que sunt similium partium quia componitur ex carnibus et ossibus et nervis que sunt similium partium. quelibet enim pars carnis est caro et ossis est os et nervi nervus. propter quod augmentatis carnibus et ossibus et nervis que sunt similium partium com-ponitur manum augmentari et manus. ¶ Deinde cum dicit Deinde quod caro. Ponit quandam distinctionem de parte secundum formam et secundum materiam. ¶ Ad cuius evidentiam notandum quod pars secundum formam dicitur esse illud quod in se acceptum potest esse habere actionem talem et in se consideratum habet formam talem. Pars vero secundum materiam est illa que alteri coniuncta potest habere actionem talem ex quo apparet quod non quelibet pars quantumcumque minima pars secundum formam quia possibile accipi tam modicam de carne quod si acciperetur minus iam non haberet actionem carnis vel non remaneret ibi species carnis. sed quelibet pars quantumcumque minima est pars secundum materiam. nulla est enim pars adeo modica quin non reservet speciem carnis ut est coniuncta alteri licet non

reservaret in talis speciem si acciperetur secundum se et quod dictum est de carne ve intelligendum de omnibus habentibus formam in materia. predictam enim distinctionem omnibus rebus naturalibus adaptare volumus quia est primum vinum secundum speciem et secundum materiam. et lapis secundum speciem et secundum materiam. ut dicatur vinum vel lapis secundum speciem quod in se ac-ceptum habet actionem vini vel lapidis. secundum materiam vero quod ut alteri coniuncta habet actionem talem. hec autem levem est ymaginari quod sit augmentum in augmento enim quod transmittitur cibus ad sin-gulas partes membri non ad singulas partes quantumcumque minimas sed ad tales in quibus possit reservari virtus et actio vivendi ad se transmissum alimentum. et quia tales partes sunt secundum formam fit transmissio ad quamlibet partem secundum formam et augetur quelibet pars secundum formam. non autem quelibet pars secundum materiam quia non fit transmissio ad partes ita minimas in quibus non possit reservari virtus et actio per quam fiat conversio alimenti. Primo ergo premittit talem distinctionem quod est caro et os. et unaqueque talium partium ex quibus componitur aliud est duplex videlicet secundum speciem et secundum materiam. quia quemadmodum dis-tinguendum est in aliis rebus naturalibus quod unumquodque aliorum habentium in materia speciem distinguitur hoc secundum speciem et hoc secundum materiam. est enim lapis secundum speciem et secundum ma-teriam et vinum secundum speciem et secundum materiam. et sic caro et os distinguenda sunt. est enim caro materia et caro species. et os materia et os species. ¶ Deinde cum dicit Quecumque igitur partem. Premisso quod etherogenea vel ut manus et caput augetur per homogenea idest per corpora similium partium ostendit quod caro et os et talia similium partium dicuntur dupliciter secundum speciem et secundum materiam declarat hic intentionem inventam. quod quod habet corpora similium partium augentur secundum quam-libet partem. non quamcumque partem talium corporum augmentari ad-veniente aliquo est contingere et est unum secundum speciem. non autem est unum secundum materiam. ¶ Deinde cum dicit Oportet autem intel-ligere ostendit quomodo quelibet pars aucti est aucta quia est una secundum speciem non secundum materiam. ostendit quo est salvari et manere idem quod augetur et quod minuitur quia manet idem secundum formam et non secundum materiam. Duo autem facit quia primo facit quod dictum est secundo reddit ad manifestandum quo quelibet pars aucti est auc-ta adducens quandam rationem ex ad propositum in animali omnis. ¶ Ad evidentiam prime partis notandum quod forma magis continua manet quam materia. unde sic est fine de prin-cipia scribitur quod quia magis continua est quam corporis anima sic ergo ymaginari debemus quod quamdiu vivit animal tamdiu manet idem secundum animam et secundum formam. sed cum anima et forma animalis licet semper maneat eadem. alimentum tamen est in pluribus. ut cum aliquid augetur alimentum in pauciori vero cum minuitur forma ergo manet eadem. in materia fluit et refluit. secundo ait quod sic est intelligere augmentum quemadmodum si aliquis mensuraret aquam eadem mensura ut eodem corio sed eadem utre quia si ab eodem utre fluet et refluet

augmentatum

speciem

augmenti fit

aque sed per aliud et aliud comparatur quia semper alia et alia aqua fluit et refluit sed superficies vero continens aquas manet eadem. Sic vero cum augmentatur aliquid materia carnis fluit et refluit sed forma continens materiam habet se manens eadem. Ideo dicit quod unaquaeque partium secundum formam comparatur ad. sed partes secundum materiam hec quidem defluit hec autem advenit, id est quod materia non manet sed defluit et advenit. Forma autem superficies manet et cuiuslibet particule speciei sive forme adaugmentatur manens, ergo id quod augetur sed manens secundum formam non secundum materiam. Deinde cum dicit

In omiomeris. Redit ad ostendendum quomodo quaelibet pars aucti est aucta et duo facit quia primo adducit quoddam experimentum ad propositum, secundo ostendit illud experimentum esse proveniens et bonum ibi Magis autem. Dicit ergo quod hoc scilicet quomodo quaelibet pars aucti est aucta est magis manifestum in anomiomeris id est in corporibus dissimilium partium, verbi gratia in manu. Videmus enim quod organum manus proportionaliter auctum est proportionaliter quolibet digito vel quaelibet pars manus augetur, quod non esset nisi ad quamlibet partem consumeretur alimentum et quaelibet pars aucti aucta esset. Deinde cum dicit Magis enim autem ostendit hoc experimentum esse conveniens et proveniens et circa hoc facit quia primo facit quod tertium est, secundo quod dixit probat concludit primo ibi Ideo et mortuum est ibi Quapropter est quid. Dicit ergo quod in quibus est aliqua diversitas apparet est magis manifestum hoc scilicet in manu et in brachio et in aliis que sunt dissimilium partium quam in carne aut in osse vel in aliis omiomeris que sunt similium partium. Et quia in istis sunt magis manifesta que sunt secundum speciem et que secundum materiam. Ideo in talibus magis est manifestum quod diximus videlicet quomodo quaelibet pars aucti est aucta et quomodo qualibet pars secundum speciem augetur. Deinde cum dicit

Ideo et mortuum. Probat quod supposuerat dixit enim quod in manu et in talibus que sunt dissimilium partium magis manifestum est quid est secundum materiam vel quid non vel quid est secundum speciem vel quid non quam in hiis que sunt similium partium magis manifestum quid est secundum materiam. Ad evidenciam notandum quod actio fiunt secundum formam et quia actio manus et brachii et huiusmodi organorum quorum est movere et agere quasdam actiones extrinsecas est magis nota quam actio carnis vel ossis quorum est convertere alimentum et agere actiones intrinsecas. Ideo mortuum magis videtur esse caro et os quam manus et brachium. Secundum enim intentionem philosophi mortuum non talium sunt et non talium habent. Quia secundum ipsum caro mortua non est caro nisi manus mortua est manus nisi equivoce. Tamen non est ita notum carnem mortuam non esse carnem sicut manum mortuam non esse manum, quia non est ita nota actio carnis sicut actio manus. Ergo eo ipso quod caro mortua magis apparet caro quam brachium mortuum appareat brachium probatum est quod fuit suppositum videlicet quod in carne et osse magis latet quid est secundum speciem et quid est secundum materiam quam in manu et brachio. Deinde cum dicit

Quapropter est quid. Concludit conclusionem intentam videlicet quomodo

cuiuslibet partem carnis esse auctam et quamlibet signum esse auctum. Est autem ut sic est autem ut non quia secundum speciem unicuique parti adveniet et qualibet pars est aucta sed secundum materiam non. Deinde cum dicit

Maius autem toto. Ostendit quomodo salvatur una actio augmenti. Dicens quod quaelibet pars aucti est aucta quia quaelibet pars secundum formam non secundum materiam. Et ostendit quomodo manet id quod augetur et quod diminuitur quia manet secundum formam non secundum materiam cum materia fluat et refluat. Ostendit quomodo adveniente alio fiat augmentum dicens quod totum membrum generatur maius adveniente aliquo quod vocatur cibus et hoc cibus in principio est contrarius ipsi membro dico contrarium secundum ipsum cibum in speciem eandem id est in speciem propriam quia non convertit ipsum ad naturam suam. Verbi gratia Si membro sicco adveniat alimentum humidum cum advenit tale alimentum membro sicco consumitur in naturam membri et generatur et efficitur siccum quod erat prius humidum. Et solvitur questio quam antiqui difficilem reputabant utrum augetur ad per simile vel per dissimile. Nam uno modo simile augetur simili alio modo dissimili. Alimentum enim per quod fit augmentum in principio est dissimile et in fine simile. Notandum autem quod philosophus sigillatim ostendit quomodo salvatur condiciones salvande in augmento quia ostendit quomodo quaelibet pars aucti est aucta et quomodo manet quod augetur et quod aliquo adveniente fit augmentum. Quomodo autem vitatur condiciones vitande non ostendit quia per se est plana materia. Nam cum fiat augmentum per cibum et cibus sit corpus non fit augmentum adveniente incorporeo. Rursus cum augeatur membrum quia convertitur cibus in ipsum non fiet augmentum per vacuitatem sed per cibi conversionem. Rursus cum non convertitur cibus in membrum nisi quia cuiuslibet partis forma advenit ad ipsius cibi cum ex hoc non sequitur duo corpora esse in eodem loco, non oportet quod sint duo corpora in eodem loco si debeat fieri augmentum.

Querendum autem quale etc. Postquam philosophus tradidit modum augmenti ostendens quomodo augmentum fit per accessionem alicuius ad suas partes formales alterius secundum quem modum absque inconvenienti aliquo salvatur que requiruntur ad augmentum. Inquirit ista materia quasdam questiones de alimento et alterato et duo facit quia primo movet questiones predictas secundo quia ad augmentum conveniunt ibi cum generatione quam invicem comparat augmentum ad generationem et nutritionem ibi Quantum autem universale. Circa primum duo facit quia primo movet questionem de alimento secundo quia patitur ab alio. Secundo movet questionem de eo prout alimentum patitur ab ipso ibi Quid igitur. Ab hoc circa primum duo facit quia primo ostendit quomodo alimentum patitur ab alio quod convertitur in ipsum. Secundo dat modum huius conversionis ibi Non igitur hoc est. Dicit ergo quod querendum est quale est quod augetur id est alimentum quo ad augmentum et solvit quod alimentum est potentia id quod augetur. Verbi gratia Si caro est illud quod augetur per alimentum oportet ipsum alimentum potentia esse carnem actu autem aliud quia corrupto hoc id est alio generatum est id quod est caro. Ex quo apparet quod alimentum patiatur quia corrumpitur et convertitur in aliud. Deinde cum dicit Non igitur hoc. Dat modum huius conversionis nam quod in alio generetur formam carnis

pt intelligi dupliciter. uel quod aliquid per se existit et accipiat formam carnis ut quod est hic aliquid non per se existens sed coniunctum membro accipiat talem formam. Secundo in augmento set primum alimentum non sunt sic existens sunt in carne, quia tunc esset generatio non augmentum. Sed quod augetur sed est suppositum quod iste manet et convertit ad se alimentum.

Deinde cum dicit. Quia igitur et aliud. Ostendit quomodo membrum agit in aliud quomodo patitur ab eo. et duo facit quia primo facit quod dictum est. secundo assignat modum passionis ibi. Igitur simul entem. Dicit ergo quod igitur auctum id est membrum quod augetur est paciens ab hoc id est ab alimento et solum aliquid mixtum id est patitur mixtionem quandam quemadmodum si quis vino confundat aquam. Inquantum quod mixtum est potest facere quod vinum id est potest facere vini opus. Sed tamen non est vinum purum sed vinum mixtum. ita alimentum mixtum convertit in carnem facit carnem mixtam quia non est caro in puram sed purius. Et si queritur quid caro potest addere convertere alimentum. dicendum quod quemadmodum tangens ignis comburenda facit id quod tangit ustum id est adustum et ignitum id est in eo quod augetur quod est actu caro augmentum id est alimentum quod in est secundo et quod advenit ei facit ipsum actu carnem. aliter dico advenientem existentem carnem potentia potentia quam dicit quod sicut ignis quia est actu talis facit potentia ignem actu ignem in membris quod est actu caro sit aliquid quod est potentia caro quare facit actu carnem.

Deinde cum dicit Igitur simul entem dat modum istius passionis. nam hoc membrum patitur ab alio mixtionem quandam quia aliquid simul membro convertitur. Ideo ait simul igitur entem. Si enim alimentum seorsum et separatum acciperet formam carnis ut superius dicebat generatio esset. est itaque id est ita sicut duobus modis ex lignis fit ignis. Uno modo quod ad ignem existentem adiungantur ligna et sic quia isto modo est augmentatio. Sed si ipsa ligna per se incenderentur esset generatio. Sic si aliquid acciperet formam carnis per se existens generatio esset. sed si coniunctum membro augmentum.

Deinde cum dicit. Quantumcumque autem universale destruat de augmento per comparationem ad generationem et nutritionem et duo facit quia primo comparat augmentum ad generationem. secundo ad nutritionem ibi. Caro autem. Dicit ergo quod simile est de generatione et augmento quia numquam generatur nec fit quantum universale sicut non generatur aliquid universale non homo nec aliquod singularium talium quale est homo. Consuetudo autem est philosophi appellare speciem singularem respectu generis. cum ergo ait quod non generatur universale nec singulare intendit quod non generatur genus nec species. Alia autem littera ubi nos habemus nec hoc universale et tunc est planus textus. quia non generatur universale nec ad singularium. et tunc exponendum est singulare pro individuo non per se. Sicut autem quod sic hoc id est in generatione sit universale sicut illic generatur quantum sive generatur quod est quantum et quod est quantum. quia generato quanto particulari generatur quantum universale. sicut generato particulari homine generatur universalis homo.

Deinde cum dicit. Caro autem comparat augmentum ad nutritionem et duo facit quia primo facit quod dictum est. secundo dat causam tamen augmenti quam nutritionis ibi hoc species sive in.

Circa primum duo facit quia primo comparat nutrire ad augere secundo dat differentiam inter ea. Et concludit nutrimentum et augmentum aliquid in esse eadem et aliquid non diversa secundum. Ideo nutrimentum. Et in nutrimentum dicit ergo quod caro et os quae sunt similium partium et cor et manus quae est compositum toti ad horum omnium id est ad carnem et ad os et ad cor quae sunt deinde talium similium partium. Alia autem augentur adveniente quanto adveniente. Sed nutrimentum quantum in actu. aliquid enim quod augetur et est caro in potentia quanta et secundum quod potest utrumque augetur et nutritur. Dicit ergo. nam secundum quod est caro quanta augetur. Quia non generatur carnem quandam id est carnem magnam sive carnem maiorem ad hoc ut fiat magis augmentum. secundum vero aliud quod est sola caro nutritur et isto modo differunt aliquibus sicut nutrimentum et augmentum quia a ratione fit augmentum et a nutrimentum.

Deinde cum dicit. Ideo nutritur dat quandam differentiam inter augere et nutrire dicens quod quousque diminuitur aliquid et non quousque salvatur semper nutritur quia semper generatur caro sed non semper augmentatur quia non semper generatur caro quanta id est caro magna sive caro maior. Aliquando enim est maior deperditio quam restauratio et tunc licet ex nutrimento generetur caro non tamen efficitur caro quanta id est cum restauratio sit minor deperditione.

Respondendum autem supra philosophum dixisse quod quamdiu diminuitur animal et non quamdiu salvatur quod semper nutritur quia non est dubium quod cum augmentatur nutritur. cum generatio carnis quantitatem presupponat generationem carnis. Sed dubium forte esset utrum cum diminuitur vel non quamdiu vivit aliquid possit dici quod nutritur.

Deinde cum dicit. Et nutrimentum augmentum esse concludit nutrimentum esse augmentum a quo non differt dicens quod nutrimentum est id idem augmentatione quia idem est secundum utrumque secundum vero esse. tamen secundum rationem et secundum esse est aliud. nam alimentum quod augetur et nutrit a augetur et a nutrit. nam secundum quod advenit membro et est caro quanta potest esse augmentativum carnis. secundum vero quod solum est potentia caro nutrimentum autem facit.

Deinde cum dicit. Hec species sine materia assignat causam tamen nutrimenti quam augmenti. cum enim horum est natura aliquid. Sed non aliud potest dici vel nutrimentum vel formam tantum vel augmentum ex utroque. et quia actiones sunt compositorum ideo non aliquid est quod operatur in aliquo et convertit ipsum. et licet actio non sit huius actio est tamen a tota non ratione forme sed ratione materie. licet quod principium in actione est forma. Ideo ait quod hoc quod est causa nutrimenti est species id est forma et non carnis sine materia quia principium hic actionis non debet actum materie. Sed aliquid potentia et est in multis id est ut est forma sive ipsa forma que habet esse in materia. est causa hic nutrimenti et augmenti. et quod dictum est de carne et de allegandum est de manu et de quocumque alio organo sive de quibuscumque membris quia non est forma existens in talibus membris est virtus augendi et nutriendi. Ideo ait quod si adveniat membro id est carni sive ad quantitatem in et carnis in potentia existens ut aliquid quod est caro in potentia. tunc potentia et multis id est potentia et materia formalis sive species et forma si sit huius naturae et potentiam quam possit facere potentia quantum id est potentia magnum ut quod possit plus

pute qm fiat depdicio erit augmentu. et hec ptes
i mles erut maiores q forma erat i pli m. qu a no
p amplius facere tunc deficiat augm vl n deficiat al tamen
p esse debilitata virtus. Sic n. ymaginari debem
q alimto sp generat caro mixta et impura et p
hi in pficere ita debilitat virtus q n pt plus co
